



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

P. o. lat. 1664 b

III 3 5

o. Beilbd. = or

<36605742020013

<36605742020013

Bayer. Staatsbibliothek

Trium Poetarum

ELEGANTISSIMO-
rum, Porcelij, Basinij, & Tre-
bani opuscula, nunc primùm di-
ligentia eruditissimi viri Chri-
stophori Preudhomme Barro-
ducani in lucem ædita.



PARISIIS
Apud Simonem Colineum.

1539

Bayerische
Staatsbibliothek
München

F R A N C I S C O A N T O N I I

Lotharingiæ ducis primogenito Marchioni à ponte, principi & heroi illustrissimo Christophorus Preudhomme Barroducanus.



ON minus verè quam eleganter à disertissimo & sapientissimo poëta dictum illud esse puto, princeps generosissime, Principibus placuisse vi
ris prudētia summa est.

Cum enim ad istos vestri ordinis terrarum principes & monarchas permulti etiam ex longinquis regionibus magni viri & in omni genere artiū atq; disciplinarū nobiles sēpe cōfluere soleāt, & quisque aliquid ex arte sua elaboratū producere: eximium sanè & prudentem virum esse oportet, qui in tanta hominum multitudine, & tanta varietate ingeniiorum aliquid adferre potest dignum sui principis gratia & cōmendatione: præsertim si princeps ille magnificus & liberalis extiterit, studiosus artium & prudens rerum atq; ingeniorum æstimator. Omnes quidem accendimur gloria, præmijs, honoribus; & multum promouisse videmur, si nostri ducis

benevolentiam aliquo ingenij fructu com-
parare possimus. Atq; id quum saepe mecum
animo & cogitatione reputarem, & ex omni
temporum memoria dispicerem quam mul-
tos hic felix principu[m] fauor excitasset: coepi
flagrare miru[m] in modu[m] honesta quadam cupi-
ditate conciliandi mihi alicuius magni prin-
cipis, cuius auspicijs & numine tollerem me
humo, & aliquid memoria dignum aggredie-
rer. Sed inter omnes Christiani orbis heroas
& monarcharum filios tu unus planè visus es
Genio, musisq; meis eligendus, quæ honestis
officijs demererer, cui mea studia inseruireret,
cui si quid in me vñquā futurum est ingenij,
literarū, eruditionis, id omne ad laudem &
celebritatē tui nominis dedicaretur. Tanta
siquidē in animis omniū hominū iam inse-
dit tuæ virtutis expectatio: tam honesta ge-
nerosæ indolis tuæ fama vniuersum propè
orbem terrarum peruagatur: tam multa de te
pollicetur rara istæ, atq; admirabiles in ado-
lescente corporis atq; animi dotes, lepos, vr-
banitas, senilis quædam grauitas & prudentia,
vultus maiestas, honestarum rerum studium:
vt præuideam aliquando omnium gentium
scriptores, poetas, rhetores, historiogra-
phos, in describendis tuis laudibus & rebus
præclaræ gestis fore occupatos. Inter quos

(si quid vnq̄ literæ meæ poterunt) recipio
 me si nō parem tuis virtutibus, certe nō om-
 nino postremū, nec indiligentem fore. Inter-
 rim dum ego accuratius apud me expende-
 rem, vnde potissimū exordirer, quo primum
 humanitatis & literarum officio tibi gratifi-
 cari possem, venit in manus meas libellus
 elegans atq; eruditus, & planè dignus (mea
 sentētia) qui tibi nuper à me inuētus, meāq;
 diligentia emissus in lucem, & emendatus,
 meo principi offerretur. Scriptus est à tribus
 poëtis, Porcelio, Basinio, & Trebano, homi-
 nibus (vt arbitror) Florentinis, in laudem &
 encomiū illustrissimi principis Sigismundi
 Malatestæ ducis Florentini. Malui igitur ab
 opere alieno specimen & significationē meæ
 erga te volūtatis ædere, vt quemadmodum
 illi poetæ suis carminibus Sigismundi prin-
 cipis nomen & gloriā immortalitati conse-
 crarunt, ita intelligeres me aliquando sum-
 mo studio elaboraturum in decantādis tuis
 maiorūmq; tuorum laudibus. Neq; vero
 mihi faciūdum esse putaui ad quorundam
 improborū hominū imitationē, qui cū in-
 ciderint in alicuius ex antiquitate docti vi-
 ri elucubrations, vel eas inuidi supprimūt,
 vel tanquā plagiarij ac fures, sublata authori
 gloria, alienos sibi labores impudentissime

a.ij.

adscribunt, & tū se ambitiose populo ostentant, se magnos homines, se omnes liberales disciplinas, Philosophiā, Mathesim, Cosmographiā, perdidicisse, se omne authorū gen⁹ euoluisse, scriptis & monumentis præclaram nominis sui memoriam relicturos esse, insolenter iactant, eruditis & populo risum aliquando moturi, ad Horatianæ corniculæ similitudinē. Ego verò hunc tibi libellum heros generosissime, nō meum sed trium poëtarum opus idcirco dedicandum putauī, vt inspiceres in maximi & fortissimi (quem illi describunt) Sigismundi ducis imaginem. Qui ante annos octoginta totā Hetruriam (quæ Thuscia dicitur) optimā & florentissimā Italiæ partē summa virtute & prudentia moderatus est, & reb⁹ præclarè gestis nomē Malatestarum alioqui nobilissimum & antiquissimum, clarius & celebrius reddidit. Is duxit vxorem Isottam principis Ariminensis filiam, omniū puellarum sua ætate pulcherrimam & laudatissimam : quæ cùm à multis vndiq; procis ambitiose & importune peteretur, illa velut altera Penelope casta & pudica suo Sigismundo fidem atque integritatem pudicitiæ ad mortem usq; conseruauit. Ex eius nomine tres libri, à Porcellio poëta Isottæi dicti & scripti sunt. Cætera

ex lectione deprehendentur. Sed quanquam
vni tibi ex nomine hic libellus nuncupatus
sit, tamen hunc ipsum optimo & sapientis-
simi Principi, patri tuo, (quod ipse facere
non sum ausus). per te offerri magnopere
exopto. In cuius & familiæ ve-
stræ laudem cecini sequens car-
men. Vale Luteciæ Parisio-
rum, calendis Decem-
bribus. 1538.

AD ILLVSTRISSIMVM
& sapientissimum principem An-
toniu Lotharingie, Barri, & Guel-
driæ ducé Christophorus Preud-
homme Barroductanus.



Vis laudū omne genus generoso
in principe quærit,
Virtutem, ingenium, stemma-
ta, iura, fidem,
Et vires animi, & fortis in bella lacertos,
Et facta immensis æquiparanda deis,
Et (quod miratur popularis turba) petitos
Ex alto, antiquæ nobilitatis auos?
Omnia sunt in te, cuncta hæc cōplectenis vn^o
Magnorū Antoni gloria, honosq; ducū.
Adde, q̄ illa tibi Solymorū sacra potestas,
Illa Palestinæ fertilis ora plagæ:
Et quodā dilecta deæ Veneri Cyprus, & cui
Est impacta tribus forma triquetra iugis,
Appulus, & Calaber, lanisq; insigne Tarētū,
Et quodam à Graijs cōdita Parthenope,
Et bona Belgarū (q̄ quodā Austrasia dicta est)
Portio, qua lato Rhenus in amne fluit.
Maiorū Antoni quodā hæc fuit ápla tuorū,
Quæ solis ditio spectat vtrāq; domū.

Cumq; sit hæc bello repetēdi iustapotestas,
 Nec tali cauſſa numina deesse putem.
 At tibi tranquillæ placuerūt Palladis artes,
 Et musis gratæ pacis amœna quies.
 Hinc te circumstat doctorum magna virorū
 Copia, queis dextra, consilioq; vales.
 Cecropiæ tua regna colūt trāquilla ſorores,
 Et Lotharingorū Cynthius arua tenet.
 Sic omni diues Lotharingia floreat æuo,
 Durētq; æternum ſanguinis eſſe tui.
 Interea hoc munus tibisi placuisse, tuisq;
 Agnoscam, hac vna forte beatus ero.

E I V S D E M A D I Q U A N T U M
 comitem Salmorum non mi-
 nus armorū gloria, quam ele-
 gantia linguae præſtantem.

Mercurium iunctū Marti mirabar, & vnde
 Bellorum matri iunctus Apollo foret.
 Magna dedit Salmo fortes Germania neruos,
 Hunc eadem docuit verba diferta loqui.

EIVSDEM AD IOAN.

Preudhomme patrem, ducis
Lotharingiæ ærarium quæ-
storem.

Quū tua sancta fides natōq; duciq; probet,
Quum p te musæ sténtq; cadántq; meæ,
Quod nato præclarū op⁹, antiquūq; dicaui,
Participem te huius muneris esse volo.

EIVSDEM AD MAXI- mum Cousin, præsidem duca- tus Barri.

Sūme Senatorū Lotharingiæ gloria gentis,
Cui frōs paúca gerit, multa recess⁹ habet:
Quā bene subtile scis occultare Silenos.
Post patrē ac diuos, tu mīhi magnus eris.

EIVSDEM AD RENA- tum Boudet Sororium, à con- silijs & secretis ducis Lotha- ringiæ.

Cū Roman⁹ honos téplū possederit, ad quod
Virtutis solo nomine parta via.
Ingrederis limen, nullo discrimine, templi:
Quòd virtute tibi gloria, partus honos.

E I V S D E M A D I O A N.

Preudhomme fratrē, ecclesia-
rum Barri Canonicum.

Inuidia ablatum quicq̄ si credis, & vltra
Normā, q̄ studijs maior inesset honos:
Aspice quid deceat, si fors fortuna fauendo
Omnia præstiterit, quod volet ipsa, feres.

E I V S D E M A D P H I-

lippum Preudhōme, à cōsilijs
& secretis ducis Lotharingiæ.

Infanti quòd apes fuderunt mella Platonī
Cærea, perdocti signa dedere viri.
Indicijs tecum melius germane putauī
Actum, nam prudens prima iuuentā fuit.

E I V S D E M A D B L A-

sium Preudhomme fratrem, à
consilijs ducis Lotharingiæ.

Si, quòd nō ætate viro concessit honores
Virtus, iam liuor detrahat vsq; tibi:
Acquius ast plures prospectat Solis ad ortū,
Oceaniq̄ cum perculit vnda caput.

7

Porcelij poetę de

AMORE IOVIS IN ISOTTAM LIBER INCIPIT.

IVPPITER DIVAE ISOTTAE
ARIMINENSI SALVTEM
PLVRIMAM DICIT.



Erlege Isotta precor mea car
mina, perlege cecum
Vulnus : & ardori comise-
resce meo.

Ipse ego sum fortis iacio qui
fulmina dextra,
Ipse ego cui servit regia ta-
ta poli.

Aliger aurato fixit mea pectora telo,

Vincitur à facibus qui iacit ipse faces.

Hei mibi q̄ calidis nihil est obsistere flammis,

Ceca nec aligeri vulnera ferre dei.

Excussisse meo de pectore tela putaram,

At magis impressus dura per ossa calor.

Quare age si quid habent in te mea vota precesq;

Nosce q̄ ardoris causa Cupido mei est.

Si tibi sunt flami divina in fronte capilli,

DE AMORE IOVIS

Et rutilant roseis lumina pulchra genis?
Si Charitum est facies, & membra decora Dianas
Si digitos Pallas arte sua eruditis:
Deniq; si vincis Latias mea vita puellas,
Cur tua non nefit pectora blandus Amor?
Omnia sub celo sensere Cupidinis arma:
Sola fugis rutilas, dulcia furta, faces.
Quicquid alit tellus, & quicquid Tartara, quicquid
Pontus habet, natus mollit & alma parens.
Non poteris fortis arcus & tela furoris
Vincere, concedunt numina vieta deo.
Quod te per celeris oro mea flamma sagittas,
Perg; meum si qua fixit arundo latus:
Sume animos, ad castra veni, cape Isotta pharetrā.
Militiam Semelē s̄epe secuta Ioni.
Dardanis ducis faciem flagrant̄ Elissa,
& somidem Colchis, pulchra Lacena Parim.
Sed mihi Atlantiades dignus Ione nuntius affert,
Scripta pharetrato te dare thura deo:
Nec minus auratas manibus gestare sagittas,
Ad Venoris fanum nobile ferre faces:
Lege Sigismundi te vinere, & illius omne
Imperium malle, q̄ Ionis arma seq̄i.
Gaudio. namq; tuis votis tua forma repugnat,
Et non est etas apta pudicitie.
Nam q̄tum Hesperidas vincit erinus Apollo,
Lucifer & q̄tum sydera clara poli:
Virginibus tanto pr̄stas pia virgo Latinis,

Celicolas tantum vincis Isotta deas.
 Quid si vera tibi est tanta præstantia forme,
 Si data sunt oculis aurea tela tuis,
 Et te si mitis facilem natura creavit,
 Non eris immitis, difficultisq; deo.
 Ergo decet nitidum placido submittere amori
 Nympha caput solo numine digna Ionis.
 Non possum facti ingentem tolerare dolorem,
 Pandulphum summo præposuisse deo.
 Sit liceat innatum decus, & preclarus in armis
 Sors sua mortalis, morte carent superi.
 Ingentisq; regat populos, & iura ministret,
 Sitq; licet vatum, sit deus ille lyre,
 Sitq; ducum princeps gestis, virtute, fidèq;
 Sit decus, & seculi gloria magna sui:
 Quid mecum conferre potest? ego fulmina mitto
 Rex hominum princeps, & pater ipse deum.
 Volutur imperio celum Ionis, omnia ducit
 Iuppiter arbitrio iudicioq; suo.
 Corporibusq; infundo animas, & tempora vite
 Dispono, crescent semina, sylva viret.
 Solus Amor potuit nostrum penetrare sagittis
 Pectus, & incantum figere solus Amor.
 Vincimur en fateor, quis enim non vietus Amori?
 Sola potes, queso dulcis Isotta faue.
 Dulcis Isotta faue, nostri medicina furoris,
 solamenq; malis dulcis Isotta faue.
 Dulcis Isotta meo si respondebis amori,

DE AMORE IOVIS

Magna futura tibi gratia, magnus honor.
An maior tibi partus honor, aut gloria, si te
Accipiat gremio dux Malatesta suo?
Quid Malatesta potest, quicum coniuncta supremum
Despicis ipsa Iovem, despicias ipsa deos?
Hei mihi quod nescis quem despicias, arma volenti
Reddet, & imperio serviet ille meo.
Ergo Ionis flectare prece, & miserere furentiss
Hunc fas est domino proposuisse tuo.
Flecte animos, incende faces, depone pudorem:
Par tibi sit mecum gratia, & unus amor.
Namque quodcumque est mundum circunspice totum
Spondeo, dum Lachesis, & tua fata volent.
Postquam obitum claro caput illustrabere seruo,
Et Ionis ante pedes nobile sydus eris.

ISOTTA ARIMI- NENSIS IOVI MAXIMO SA- LVTEM DICIT.

Icit Isotta Ioni casto immaculata salutes
Incesto nullam dicit Isotta Ioni.
Sol radiosceleri currus submerserat vndis,
Et iungebat equos sub inga Luna duos,
Cum delata mihi tua mollis epistola, que te
Iappiter omnipotens, non docet esse Iouem.
Namque legens cecidi nimio dilapsa pudore,
Et mihi frigidius marmore pectus erat.

Accurruunt famule, conclamant crine soluto,
 Attollunt dominæ frigida membra suæ.
 Pallida mox animo mecum permulta reuoluo,
 Ne sim simpliciter nomine capta Ionis.
 Qui sub amore iacet, cæcōq; exustus ab igni
 Vincitur, hunc certè dedecet esse deum.
 Sepe tuas digitis volui lacerare tabellas,
 Et premere insani vulnus inane dei.
 Sepe vias longa volui replere querela,
 Sepe meum volui consuluisse ducem.
 Sed placuit primum seruata lege pudica,
 Reddere carminibus carmina digna tuis.
 Ut cum Sismundi faciles cognoris amores,
 Dura tuis ponas frena libidinibus.
 In'q; manus domini venient tua carmina tandem,
 Qui neq; sacra Ioni, nec pia thura dabit.
 Si te blandus amor, si te Venus aurea mollit:
 Vinceris, & bino numine victus eris.
 Ergo tibi nec summus honos, nec gloria summa est:
 Et falso nomen omnipotentis habes.
 Tu si digna deo inbeas, si digna tonante:
 Parebo votis, imperiisq; tuis.
 Iura pudicitie, virtutum exempla capessam:
 Seruata semper cum pietate fide.
 Hæc sunt virginibus magnorum exempla deorum:
 Hoc est quod superis nos facit esse pares.
 Ecquid pollicitis tentas temerare pudorem,
 Et mea collandas peccora digna Ione?

6.j.

DE AMORE IOVIS

Nullum iter ad superos vitijs, nec more sinistro:
Nec mihi blanditiae, deliciæq; placent.
Quare age (nanq; potes) te comprise: pelle furores,
Quos sacra flammigeri mater Amoris habet.
Ille meo, qui me primus sibi innxit, amore
Gaudeat: & cordis sit dens ille mei.
Illum ego pérq; nives, pérq; arma horrentia malo
Malo sequi, q; te: sis licet ipse deus.
Hoc viuam contenta viro, dum vita manebit:
Hunc faciam pulchra prole modesta patrem.
Huius in amplexu, cum mea fata resoluent,
Et fausta & felix dicar Isotta mori.
Nam si mortales celum virtute merentur,
Sola Sigismundi gloria promeruit.
Quem mihi Sismondo similem dabis o pater & rex,
Armis, consilio, religione, fide?
Templa deum posuit varijs distincta facellis:
In quibus auratum marmore claret opus.
& rea per geminas consurgunt limina valvas:
Quas vestit Parius, Porphyreusq; lapis.
Materia ingenio facilis superatur & arte,
Phidiaca vt dicas Praxitelisq; manu.
Hinc diuinarum virtutum exempla videmus:
Marmore Mygdonio que sua signa tenent.
Inde super gemino felix elephante sepulchrum,
Quod mihi constituit Iuppiter ille meus.
Hic septem astrorum viuis cœlata figuris,
Signaq; Zodiaci non violata manent.

Illinc Pyerides facrorum numina vatum,
 Quæ pia Sismundi principis acta canunt.
 Aspcis inde decem non una etate Sybillas,
 Virginis ex utero quæ cecinere Deum.
 Composuit cineres, collectaque membra suorum:
 Ne sua non norit inclyta posteritas.
 Vnde extat mira cœlati marmoris urna:
 In qua prospicies gesta decusque patrum.
 Quis vita melior Sismundo, & clarior armis?
 Consilio maior, quis gravitate prior?
 Non illum erexit rebus fortuna secundis,
 Sint licet imperijs inclyta regna suis.
 Ecquis in aduersis patientior? omnia vicit
 Cunctando, ut quondam Maximus ille pater.
 Quid loquar, & quæ est prudentia principis alti?
 Quantaque maiestas illius ore sedet?
 Illum ego iustitia rigidum superare Catonem
 Crediderim: vel qui venit ab urbe Curum.
 Exulibus patriam, quos munere donat & auro,
 Restituit: claris subuenit ingenij.
 Pace loquar vestra Romano sanguine patres,
 Hoc est propositum indiciumque meum:
 Quamvis equetur Romana potentia cælo,
 Quæ vicit quicquid Phœbus utringue videt:
 Quamvis & grata morte, & discrimine vita,
 Seruarit patrios ille vel ille lares:
 Sismundum si certa tamen tunc fata dedissent,
 Rex issuetque acri fortia bella manu:

6.ij.

DE AMORE IOVIS

Non animis, non ille fide, nec sanguine fusō,
Cessisset ducibus, quos sacra Roma tulit.
At si quando fuit iuuenili captus amore,
Enicit teneri vulnera cæca dei.
Virgineum fateor coluit Malatesta pudorem,
Otia non tandem prepediere virum,
Non resides animi, non corda oblita laborum:
Non furor egregij principis ille fuit.
Sed solet interdum lassata quiescere virtus,
Dum mentem & vires colligit illa suas.
Si mundi interea molles simulantur amores,
Blandaqz mollities dissimulata placet.
Vicit aprum Alcides, & monstru ingentia Lerne,
Deiecit miras æthere fortis aves.
Anteens Libycis iacxit prostratus arenis,
Auxilium quannis terra rogata daret.
Vicit Auentinum furem, fulvumqz leonem,
Tartareum iecit in nigra vincula canem.
dux Macedo enicit Graios, Asiamqz subegit:
Quicquid & Eoi est sub regione poli:
& thiopesq, Arabesq, Indos, mollesqz Sabeos:
Quicquid & ardentⁱ continet ora die.
Et Romanarum rerum certissimus author
Cæsar Inleus, quem coluere deum,
Quicquid ab occasu terrarum, quicquid ab ortu est,
Imperijs statuit subiuga regna suis.
Sed quondam virtus requieuit Cæsaris, atqz
dux Macedo, & magnus Amphitryoniades.

Hi quanqu fortis, mollem didicere furorem
 Sepe pati: hoc poscit corporis illa quies.
 Iure itaque & merito Malatesta inseruit amori:
 Qui sit virtutum dulcis & alta quies.
 Quod si mortales celum virtute merentur,
 Sola Sigismundi gloria promerit.
 Ille triumphali lustratus tempora lauro
 Ibit principibus, Cesaribusque comes.
 Ipsa meum dominum sequar inniolata deumque:
 Stabit & ante pios sydus vtrungq deos.
 At te diorum clemens pater atque hominum rex,
 Poeniteat scripti, poeniteatque precam.
 Poeniteat mentem stimulis tentasse pudicam:
 Sola Sigismundi dicar Isotta dei.

PROIVPPITER DIVAE
 ISOTTAE ARIMINENSI SA-
 LVTEM PLVRIMAM
 DICIT.


 Vm belli causas Itali, & noua fata renolu,
 Venit Ariminea charta notata manu.
 Hec mea qu primu permulxit pectora curas
 Abstulit, & domine fons amore pie.
 sed postque tacitus legi, & tua dicta notau:
 Non potui lacrymas continuisse meas.
 Hic cecum tristis sum detestatus amorem,
 Et Veneris sexas igne latente faces.

6.ij.

DE AMORE IOVIS

At mecum de te tacita post voce querebar,
Quod mihi crudelis, quod mihi dura fores.
Sed tua nec saepe lacravunt ora leonae,
Nec fera terribilis lac tibi triste dedit.
Mite genus patriæ gentis, naturaque mitis
Est tibi, sitque precor, mitis uterque parens.
Me male torquet amor: quis enim modus adgit amori?
Mitis Isotta faue: me male torquet amor.
Vror, & ardenti serpit calor igne medullis:
Heu Iouis vltoris peccatora adurit amor.
Quare age te obtestor, perque aurea tela furoris,
Quae sequor inuitus, per Venerisque faces:
Te mihi da facilem, iam iam mitescere disce,
Ne sis flammigero diuina superba Ioui.
Heu nescis virgo, nescis miseranda, deum quem
Respus, & cui te iungis Isotta viro.
Sismundum obseruas, me despicias: ille virum dux,
Ipse ego sum rerum, celicolumque sator.
Ille animi prestans, bellisque insignis, & armis,
Magnificus titulis dat sua iura suis:
Ipse ego qui medijs iaculor de nubibus ignes,
Dique adimique animos: dique adimique viros.
Iustitia medijs teneo moderamina rerum,
Do mea iura viris, do mea iura deis.
Sonus Amor nostrum potuit penetrare sagittis,
Et potuit peccatus flectere solus Amor.
In te spes omnis, pro qua commotus aduror:
Emoriar nisi mihi mea vita, places.

Est tibi forma decens, aptiqz in amoribus anni.

Pone supercilium, senitiamqz, precor.

Ad mea vota veni, iam consolare furentem:

Respice cui placeas, ad mea vota veni.

Si sobolem, vultus que reddat & ora parentis,

Suscipiam de te, cum Ioue numen erit.

Inde suo miti me lustrent sydere nati,

Sitqz suo miti sydere dina parens.

Iuppiter omnipotens, cui summa potentia rerum,

Stet medius solio virqz patérqz suo.

Respice ad Alciden quot monstra horrenda subegit,

Quotqz virūm senua corpora fudit humi.

Corniger extremos victōr penetravit ad Indos,

Dēqz triumphatis nomina Liber habet.

Cum Phœbo castam peperit Latona Dianam,

Et genitus Maia crenit Atlantiades.

Hi matre humana, divino patre creati,

Perpetuum cæli sub Ioue numen habent.

Ergo meos, que sola potes, miserare dolores:

Respice cui placeas, ad mea vota veni.

Ne tibi causa tui moriens videare sepulchri,

Ne sis turbati causa nefanda Iouis.

Nam nisi supplicibus votis moueare tonantis,

Forsitan hic facilis Iuppiter vltor erit.

Per styga, per picei iuro torrentis & undas:

Vindex contempti numinis acer ero.

Et quoniam cæcus non est medicabilis ardor,

Vindicet ardentes ignea flamma faces.

b.iiij.

DE AMORE IOVIS

Ecce iterum stimulat sensus mea corda Cupido:
O dura, o votis insidiosa meis.
Fulmina celicola, date fulmina, quale Thyphoei
Montibus in Siculis pectora fudit humi.
Sic pereat quae me cogit male sana perire,
Deo Sigismundo cogitet inde suo.
Ille autem cum nec succurrere possit amanti:
Ingemat, & mortem defleat usque suam.
Fulminis authores, & me qui fulmina mitto,
Increpet, & posthac nil sibi dulce putet.
Hic Venus, & nostro Pallas dea nata cerebro,
Solantur mestii tristia corda patris:
Ah pater omnipotens quid ages? miserere precamur,
Parce voluptati, fulminibusq; tuis.
Quid si terrigenae premerent tua regna gigantes?
Excidit Enceladus fulmine Lemniaco.
Quis tibi tantus honor? que gloria tanta, puellam
Sternere, & irato rumpere fata Ioue?
Pone tibi ante oculos qui sis, quibus ipse deum rex
Imperites: summum non decet ira deum.
Aurea quinetiam placido Venus addidit ore:
Serniet imperio mitis Isotta tuo.
Hanc mihi da curam genitor, potieris amata,
Ni meus obtusa iecerit arma puer.
Spero equidem nati mentem mollire precando:
Suggeret officio dulcia tela meo.
Iam sperare licet, spes est lenire furentem,
spes est que miseros pascere sola potest.

Deposui tunc arma volens, quæ Lemnius vndis
 Tinxerat in picels, tartareoq; lacu.
 Tunc visum mutare animos, mentemque benignam
 Sumere: ne videar non meminisse mei.
 Sed nisi vesano posuissent frena furori,
 Pugnassent facibus fulmina nostra tris.
 Palladis arbitrio, Venerisque fauore quiescam:
 Iura voluptatis, iura doloris habent.
 At nunc per superos, iocundaque lumina cœli,
 Parce Ioni, & tantis da veniam lachrymis.
 Non ego syluarum Satyros, Faunosque bicornes,
 Non colo monticolas, ruricolasque deos.
 Non ego sum certe media de plebe deorum:
 Nec mibi dat leges, & sua iura pater.
 Sed mibi summus honos, & rerum summa potestas:
 Impero terrigenis, numinibusque poli.
 At quoniam nequeo pharetrato obstatre furori,
 Obsecro da pacem, da tua iura Ioni.
 Pacem mundus amat, pacem cœlestia, pacem
 Pontus, & alma Venus foedera pacis amat.
 Perpetuam mitis hæc poscit epistola pacem:
 Da veniam paci: pax tua, vita mea est.
 Sis mea, simq; tuus: Lethæo in flumine mergam
 Aëta prius: fias iam dea, párg; Ioni.

SIGISMUNDVS PAN-
DVLFVS MALATESTA MAR-
TI PACIS BELLQVE DEO,
S. D. P.



Rbiter armorū proles Iunonia Manors,
Bellica iura tenes, iurāque pacis
habes.

Nam foris hastatum veteres coluere
Quirinum,
Gradiūmqz domi Roma vetus coluit.
Ergo mihi solitus bello prestare fauorem,
Auxilium facilis da quoque pacis ope.
Non latet hoc superos, teneris me semper ab annis,
Semper Arimineam deperijsse deam.
Nam facie & forma Cypris, Diana decore
Vincitur, ac digitis, arteqz Cecropia.
Hinc suscep̄ta mihi soboles, hinc auēta meorum
Progenies, sanctos que noua reddit aros.
Quantum chara mihi est, quanto teneamur amore,
Linquimus arbitrio iudicioqz tuo.
Iuppiter auricomæ calefactus amore puellæ
Vritur, & dñe perditus orat opem.
Nunc prece tentat amans animum mollire pudicum,
Et nunc pollicitis vincere tentat amans.
Quicquid habet mūdus, quicquid mare, quicquid & aēr,
Imperiumqz poli spondet amator inops.

Insequitur: fugit illa Iouem velocius aura.

Et penè in nullo stat dea tuta loco.

Quoque spei minus est, crescent violentius ignes:
Plusque pharetratus cum Ioue iuris habet.

Nam modo querit opem, charæ modo fœdera pacis,
Et subigit fesso regia colla ingo:

Nunc ignes, nunc arma Iouis, fulmēq; minatur:
Ne cadat à votis Iuppiter ille suis.

Illa colit celi sanctum & venerabile numen,
Non tamen ardente casta puella colit.

Hec ridens Isotta pio mihi reddidit ore:
Que probat è tanto charta notata deo.

Quod te pérq; tuos diuerso ex hoste triumphos,
Pérq; armis siqua est gloria magna tuis:

Et per quæ fortì contorques tela lacerto,
Pérque tuos enses, per clypeūmq; peto:

Deniq; si Veneris tibi dulcia furtæ fuere,
Oro per amplexus, per Venerisque faces:

Eripe me his Gradine malis, & porrige dextram:
Te duce sit dominæ iustior ille meæ.

Oret opem, fundatq; preces, veniamq; precetur,
Pollicitis vincat muneribusq; suis.

Vis nulla immineat, sint nullæ fulminis iræ:
Vincat amoris ope, fraude, dolo, insidijs.

Sic & Agenoream falsa sub imagine tauri
Lusit, & ad votum venit amata suum.

Sic rapta voti compos Garamantide nymphæ,
Inachis hand aliter cognita fraude Iouis.

DE AMORE IOVIS.

Sic puerum Phrygia rapuit Ionis ales in Ida,
Qui daret ambrosie pocula fida deo.

Tunc si forte potest mentem mollire pudicam,
Molliat: officio functus amantis erit.

Sit memor esse tamen diuum pater, atque virum rex:
Institiae non sit immemor ille sue.

O veræ laudes, ò gloria digna tonante:
Casta sagittifero si dea victa deo est.

Inuidet ille mihi, meq; afficit usque dolore:
Pronocat: en adsum qui sua iussa sequar.

Ipse Ioni supero statui de marmore templum,
Solemnisque aras, & sacra thura dedi.

Ipse dei fulmen (quoties è nubibus exit,
Et timeo, & supplex do pia vota Ioni.

Sit modo qualis erat, Semele cum dona petebat:
Cumq; repugnaret munera seu dare.

Sit nobis tandem, qualis seu ante gigantum
Bella fuit: nondum sub Ione fulmen erat.

Hanc mihi da veniam genitor gradine roganti.
Sic tibi sint Geticis aurea sacra tuis.

Sic tibi sint Thracum solennia, & aureus ante,
Romanis ducibus ante triumphus eat.

Te propter sunt regna mihi, te propter eundem
Vinit honos, vinit fama, decusque meum:

Martis ope indomitos populos, urbésque subegi:
Mille ducum vici prælia Martis ope.

Puniceo Thusci maduerunt sanguine campi,
Cum peteret turpi dux sua castra fuga:

Quanquam erat auxilio quicquid terra Itala regi
 Ferre potest, quicquid tela Latina valent.
 Qui galeam, & clypeum, victoriaq; arma dedisti:
 Nostra sit officio dulcis Isotta tuo.
 In te spes omnis, nec te fugit ardor amantium:
 Obsecro fac votis perfruar ipse meis.
 Nec pia thura aberunt Romano more Quirino:
 Et cingent sanctas Martia sarta comas.
 Nanque tuo ponam binas in honore figuras:
 Altera cincta armis, altera inermis erit.
 Illa triumphali spectabitur aurea curru,
 Stabit & ante tuos miles vterq; pedes:
 Hanc cui templa foris, quam pax tranquilla innabat,
 Turba Latinorum, Romulidumq; colet.
 Pingua natali sumabunt dona Quirino,
 Hostiisq; ad Martem sanguinolenta cadet.
 Sentiat hæc coniunx nosim Saturnia Iuno,
 Nam solet esse suo dina senera Ioni.
 Posset Isottæam mutare exosa figuram,
 Et me languentem mœstitia afficeret.
 Cynthia si sit opus etiam rogitata fauebit,
 Seruabit castam dina pudica deam:
 Et cithara pater aurata crinitus Apollo,
 Cuius ob augurium numen & arma colo.
 Deniq; quod cupio, quod te precor optime diuum,
 Illud erat: voto sis bonus ipse meo.
 Et Ionis igniferi studeas mollire furem,
 Ne velit ardantis dissociare duos.

MARS PHOEBO

S. D. P.



Hœbe decus cœli, radijs qui sydera lux
stras,

Et qui temporibus ferasque refersque
vices:

Tu lucem in tenebras alium renolntes
in orbem

Vertis, & es rursus numen & aura pijs.

Tu potes afflictis succurrere rebus, & ipsum

Flectere, ne iaciat turbida tela, ionem.

Si te dulcis amor, si te mea gratia tangit:

Auxilium nobis, subsidiumque feras.

Urbe in Ariminea prestanti corpore dina est,

Dina Sigismundo cæsare digna suo.

Hunc colit, hunc seruat divina in imagine virgo:

Cui neq; par vlla est foemina, nulla dea.

Hand minus ille pari calidas fouet igne medullas:

Ille in amore dee viuit, & illa ducis.

Inde pharetratus magni ducis arma ministrat,

Hinc Venus ardentes sustinet alma faces.

Scis quam difficile est illorum abrumpere amores:

Quamq; grane ardantis dissociare duos.

Magnus Isottæo calefactus amore pudicæ

Iuppiter, infasta rumpitur inuidia.

Quodq; magis Iouis est ardor contemptus ab illa,

Hoc magis insanit, & sine more furit.

Namqz ubi pollicitis, & largo munere caste
 Fle^ctere non potuit fortia corda deae:
 Celicolis infesta pater seu arma paravit,
 Qualia terrigena non potuere pati:
 Hunc nisi flexisset Venus aurea & inclita Pallas,
 Fixisset castos impletate sinus.
 Hen pietas, diuinaqz fides, regnuaqz tonantis:
 Non erat hoc crimen numinis, immo furor.
 Quid valseant nosti sinnata Cupidinis arma,
 Et calor aligeri missus ab auro dei.
 Quod te siqua mouet magni reverentia patris,
 Si quis honos, siqua gratia, siqua fides:
 Tu mecum succurre Ioui, qui vulnere ceco
 Incaluit Cyprijs fixus arundinibus.
 Qua fieri possit paucis ratione docebo,
 Ne noceant arcus, ne noceant ve faces.
 Non opus est monitu, non obiurgare necesse est:
 Fortius ardebit, seniet ille magis.
 Nitimur in vetitum, quoties sine amore casemus:
 Gignitur obsequio gratia magna tuo.
 Illius ergo animos alio mutemus amore,
 Cumqz Sigismundo sit pia virgo suo.
 Laudemus alias: vietus (michi crede) casabit,
 Pr&estabitqz tuis laudibus ille fidem.
 Dic vidisse aliquam (nam conspicis omnia) nympham
 Ore pio, qualem nec vagus orbis habet.
 Illa tuo indicio divina laude feretur,
 Inqz deas illam, semideasque loces.

DE AMORE IOVIS

Audito forme gaudiebit nomine amator
Iuppiter: huic visam polliceare velim.
Ipse ego vi eripiam hanc, habitet seu Dorica, sine
Pingua Romulei Tybridis arua colat.
Sed dices que causa mouet, quæve anxia cura
Sollicitat? summi gratia, honórumque patris:
Difficiles ne fama ferat Iunonis ad aures,
Dina infensa deæ, dina futura viro.
Néve sit & superis, & toti fabula mundo:
Ne pereant magni nomina prisca Iovis.
Est mihi præterea bello & præstantibus armis
Inclitus, & vita dux Malatesta mens.
Huus fama ducis, & gloria cognita cælo est:
Sine eat armatus, seu mage inermis eat.
Hic proavis & avus divina ab origine natus,
Heronum est princeps, semideumq; decus.
Nulli animis, nulliq; fide & virtute secundus:
Sine erit hic Graius, sine Latinus erit.
Sepe Sigismundus dilapsus in agmina victor,
Terroriq; ferox hostibus antè fuit.
Sepe acres fuenere acies succurrete viettis,
Et Marti fusis hostibus arma dare.
Maximus ille ducum taurum mihi mactat ad aras,
Et fumant sacris pingua thura focis.
Huic deero qui me solum & mea numina seruat?
Hei male quis grato vota precesque dabit?
Spicula dum validi poterunt torquere lacerti,
Et mea quadriungos dum soror armat equos:

In quocunque loco, quavis ratione favebo,
 Präsidiumqz feram, subsidiumqz meis.
 Sismundus column Latij, & tutela Latini
 Nominis: huic urbem Romulus ille dedit.
 Illam diua mihi partu dedit Ila prolem:
 Quare ego Romulidis auctor autqz fui.
 Hinc illustre virum genus & Romana propago,
 Que caelo & terris nomen & arma tulit.
 At postquam vi|et
rix totum tremefecerat orbem,
 Romanas leges omnibus una dedit.
 Tunc Latij imperium fuerat, claque triumphis
 Tunc & iustitiae splendor, & ordo patrum.
 Publica sed postquam cecidere, & dira cupido
 Successit, lautum mansit in urbe nihil.
 Orta est Romanos inter discordia patres,
 Civiliisque furor, seditionis gravis.
 Ast ubi Romano saturata est sanguine tellus,
 Gens tulit in Latium barbara signa meum.
 Pro dolor, imperijs iam successere Latinis,
 Inuisae gentes, barbaricae qz manus.
 Nemo parat Latio succurrere, nemo fauorem
 Prestat: abest Cæsar, Cæsareique duces.
 Prodijt Hesperijs nuper dux magius ab oris,
 Sicanijsqz sinus, Parthenopenqz tenet.
 Ille idem veteres iam subiecisset Ethruscos,
 Ut Latio acceptum ius daret ille suum.
 Iam Campanus ager: iam Roma augusta tyrranno
 Cesserat, & vane præcipitesque Senæ.

c.j.

DE AMORE IOVIS

At Veneti in Thuscios regis socia arma tuentur,
Insubres quorum nomen & arma premunt.
Iam regnum Italie sub barbara iura coactum est,
Sed Malatesta ducum maximus ille vetat.
Namque Fluventinos vastabat barbarus agros,
Pareat ut iussis Thuscia tota suis.
Accurrit subito vicitor procerumque ducumque,
Quo viso flexit agmina rex Siculum:
Sepe metu sylvas, & littora nota petebant,
Tranabant turpi flumina sepe fuga.
Tunc rex Hesperijs cum iam diffideret armis,
Hec ait innalisus arma ducemque pati:
Sola Sigismundi virtusque animusque virilis,
Vindicibus nobis Itala regna negat.
At mox deposito bello, signisque renussis
Nauigat: & solus regna Sicana petit.
Tum vero ancipites partim ceduntur Iberi,
Pars exuta armis tecta relicta petunt.
At dilecta tibi redimitum tempora lauro,
Victorem accepit Thuscia lata ducem.
Et caput Etruscis Florentia grata triumpho,
Cesaris attollit fortia signa sui.
Hec dux magnanimus pro libertate Latina,
Propter meo gessit nomine, propter tuo.
Ille mihi inseruit, cum facta ingentia cerno,
Ut modo in Hesperios rege paudente duces.
Atque tibi pæana canit sublime triumphans,
Namque colit vates, anguriique deos.

Ille bis inviso defendit ab hoste Latinos,
Et sepe hostiles depulit ille manus.

Quamvis Ausonia procerum pars magna, ducimq;
Et populi è claris urbibus arma darent.

Unde Italæ gentis numen, patriæ q; parentem,
Roma Sigismundum, spemq; decusque vocat.
Phœbe mihi qui sacra facit, seruatq; nepotes,
Huius causa meo digna favore fuit.

Hanc mihi da veniam, per me, per patris honorem:
Sceptrigero band pudor est supplicuisse Ioni.

Depereat quamvis aliam, potietur amata:
Cum duce magnanimo vivat Isotta suo.

Tu prior, ipse sequar, contrâq; è Marte capesse
Quodcumq; est, dabitur, per fryga Ditis aquas.

POIVPPITER SATVR- NO PATRI S. D. P.



Vam dare supplicibus potuit moderator
Olympi
Iuppiter ignipotens, à fene poscit
opem.

Nec pudor obstat placidum monstrare furorem,
Scribere & aurati vulnera cæca dei.

Non opus auxilio patris est in vulnera tali,
Ipse medicinae vulneris author erit.

Contra cælicolum numen capere arma licebit,

c.ij.

DE AMORE IOVIS

Et coniuratos in mea vota deos.
Fixerat arcitenens tenui mea pectora telo,
Qui solet omnigenum numina magna deum.
Sed magis atque magis conspecta virgine demens
Exarsi, ut mollis venit in ossa calor.
Nam forma & facies, etas & vita puellæ
Conueniunt, sermo dulcis in ore pio.
At mihi difficultis, crudelis, & aspera Isotta est,
Quam neq; dunitæ, blanditiæ ve mouent.
Quam nec tela Iouis, nec verba minantia terrent:
Contemnit summi nomen & arma dei.
Spes erat at paide mentem mollire puellæ:
Spes erat & flammis imposuisse modum.
Spes alit afflictos: spes est quæ nutrit amantes:
Spes est quæ votum detinet una meum.
Tempore duritiem tauri posuere Sicanus:
Cornipedes animos, sanctiāq; leo.
Sed quæ belliger, quæ tanta licentia Marti?
Quæ Phœbo innidia est rumpere vota patris?
Venit vterq; suo sublimis in atria curru:
Ille sua pompa latus, & ille sua.
Desius aurato radians temone quadrigæ
Quattuor ignipedum candida lora gerit.
Hunc aurora rubens & cano tempora mento:
Hunc lustrant annus, mensis, & hora, dies:
Hunc ver purpureum, fervens comitatur & festas,
Et grauis autumnus, & glacialis hyems.
Ferrea fulmineum Martem sua planstra vehebant,

Cui cristata deo ferrea cassis erat.
 Sanguineam indutus pallam subnixus in hasta,
 Atq; amidi clypeo stant sua signa lupi.
 Huins equi flamas ex ore & naribus efflant,
 Quos Bellona soror sanguinolenta regit.
 Illum belligere gentes comitantur, & armis
 Ira accincta amens, terrificusque furor:
 Illum pugna ferox, & prælia tinteta cruore,
 Cumq; suo fratre tristis in ore timor:
 Bellum atrox, male sua fames, & turpis egestas,
 Candida gestorum gloria, fama biceps.
 Ut solio illustri gemmis, auróq; sedentem
 Inuenere, prior luminis author ait:
 Summe hominum, diuīmq; sator, qui fulmina iactas,
 Venimus ante oculos lumina bina tuos.
 Nec sine remouit magni reverentia patris,
 Mouit amor, mouit fama, decisusque tuum.
 Fama est chare pater Latias diffusa per urbes,
 Virgo ut Ariminei te tenet alma soli.
 Nec colit illa Iouem, nec munera curat amantis:
 Despicit illa preces, despicit illa minas.
 Rettulit illa eadem, te succensere Quirino:
 Chiis amore pio mitis Isotta calet.
 Ista decent alios (absit reverentia vero)
 Non qui terrigenas, cælicolasque regis.
 Quare age pérq; tuum numen, numénq; tuorum,
 Pérq; deis siqua est intemerata fides,
 Pérq; potestates fratrum, pérq; etheris ignes,

DE AMORE IÖVIS

Per mare, per terras, per Flegetontis aquas,
Desine ab his coeptis, & te clarissime diuūm

Nosce Iōnem, molles dedecet esse deos.

Aut si tanta tibi, si porrò tanta libido est:

Sunt quibus ad votum mille fruare tuum.

Posce aliam quamvis: iuro, potieris amata:

Sine meo ingenio, seu magis huius ope.

Iste Sigismundi cause fauet, illius arma

Promovet, atq; fidem, consiliumq; ducis.

Ille ducum vicit sub montis mœnia lauri,

Anguigerum vicit Marte premente ducem.

Quinetiam pepulit Picentum è finibus hostem,

Quo fugeret patriæ frena futura suæ.

Sepe dei templum spolijs veneratur onustus:

Victimāq; ante aras sanguinolenta cadit.

Hunc tibi concilia dulcis pater, ambo precamur:

Da veniam, ut gratus det pia thura Ioni.

Aspera quæ dudum fuerat, mitescet Isotta,

Servato semper ire pudicitiae.

Sic Phœbus. fuit hæc eadem sententia Marti,

Cuius ob auxilium dux Malatesta viret.

Unde est ista deūm pietas pater? unde voluptas

Tanta deis, magno consuluisse Ioni?

Ignorare dolos, simulatāq; iurgia Phœbus

Me putat, & quid sit lumine cæcus amor.

Hanc amat, ista placet, quam plumbea fixit arunctor

Vritur Isotta Delius igne deæ.

Dat bona verba Ioni, motus pietatis amore:

Motus amore patris, dat bona verba Ioni.
 Quid, quando effemus media de gente deorum?
 Quid, si ruricole, monticolæq; dei?
 Quod me ni teneant amor & reverentia patris,
 Machina ni teneat pulchra, labórg; tuus,
 Aut Chaos antiquum hac in tempestate rediret,
 Et calidis rebus frigida mixta forent.
 Aut ego turbarem cum stellis sydera & axes,
 Signaç; zodiaci, tartaraç;que deas.
 Aut Ionis irrisi vñdex, & numinis vltor
 Ipse forem, scirent quid mea sceptræ valent:
 Quidve ignes & tela Ionis, quo fulmine semi
 Anguipedes, & qua procubuere manu.
 Sed reprimam, chari ne contra iussa parentis
 Arma parem, contra iusque decusque tuum.
 Scire potes iam magne pater, nec honore tonantis,
 Ad nos isse duos, nec pietate deos.
 Sed mihi quæ dura est succensus amore puellæ,
 Luminis ille dœs, vel dœs alter erat.
 Talibus insidijs tu finem impone, dolori
 Ne sibi sint curæ, vulnus, honórque meus.
 Nam nisi contineant, stygias tibi iuro per vndas,
 Non patiar: poenas ille vel ille dabit.
 Iamq; vale, & nati causa ne parce labori,
 Sit tibi, quæ nulli est, cana senecta licet.

SATVRNVS LVNAE

S. D. P.



Ata Iouis Phœbiq; soror Latonia proles,

Cara mihi neptis Cynthia, cara
deis:

Te veteres Hecaten dixerunt nomi-
ne Graij,

Roma potestatum dat tibi iura trium:

Quod nemora & saltus pharetram succincta fatigas,

Et Ditis coninx Tartara nigra regis,
Altera lux mundi fraterno lumine fulges.

Noctibus, & crebras isq; redisq; vices.

Gaudeo quod poteris succurrere Luna parentis;

Quodq; duo prohibent, una Diana dabis.

Ab Ione nec facili tristis mihi littera venit,

Cuius materia est ardor & ira Ionis.

Liquitur ut glacies solis calefacta vapore:

Et patitur cæl vulnera mille dei.

Nunc tota celi demens regione vagatur,

Et repetit sero regia tecta miser.

Nunc quod mortali queritur contemptus ab una est,

Luget & in solo vulnera cæca loco.

Quod neq; pollicitis, nec munere flectat amatam:

Conqueritur, quod non fulmine, nec precibus.

Nunc Veneris flamas, & inexorabile numen

Deuonet, atq; odit seq; deosque suos.

Riualem timet inde tuum Proserpina fratrem,

Et quantum video belligerumque deum.

Nam dum fortè Iouem visentes ambo monerent,

Plurima turbatus, nec Ioue digna dedit.

Quod nisi Saturni moueat reverentia patris,
Omnia vertisset in vetus ille Chaos.

Iam neq; constarent cum pulchro sydera cælo,
Nec superum sedes, nec sua regna forent.

Quicquid pestiferum est, quicquid crudele, minatur
Riuales contra, quos habet ille duos.

Hæc qui te genuit nostro de semine natus,
Quæ puduit ceram dicere, scripsit amans.

Sed nimio virgetur morbo qui seruit amori,
Aduertit graniter quæ minus ipse putas.

Hoc Phœbum vitio, Martemq; notare caneto.
Res amor est plena suspicione grami.

Iamq; erit in toto demens discordia cælo,
Extinctus nisi sit ardor & ira Iouis.

Qua genitor calet ignipotens, Isotta virago est,
Hæc est, insano cuius amore furit.

Illa fugit velut agna lupum, Sismundus in ore est.
Pectore Sismundus virginis aura pia.

At dux virgineo pariter respondet amori:
Principis illa dea est, virginis ille deus.

Henq; difficile est illorum abrumpere curas,
Quos eadem cæci fixit arundo dei.

Quid faciam ignoro, timeo tamen omnia quo se
Vertat mollis amor, quo furor ille Iouis.

Illud te obtestor (si qua est mihi gratia tecum)
Namq; potes, cari perfice vota patris.

DE AMORE IOVIS

Quod fieri ut possit, hæc est via sola salutis:

Omnis in auxilio spesq; timorq; tuo est.

Sepe Isotta sacras dixum spatiatur ad aras,

Et gaudet vera religione dea.

Sepe petit liquidos & amantis gramine fontes,

Ad quos Palladias abluat usq; manus.

Sepe leuis cernos, se pores persepe fugaces,

Regno in Arimineo puluerulenta fugat.

Sepe sub umbrosa frondentibus arbore ramis,

Gramineq; in viridi lassa quiescit humi.

Hic spirant placide commotis crinibus aurea:

Fronde super viridi garrula cantat anis.

Interea somnus diuinos alligat artus,

Dum sequitur pavidas dux Malatesta feras.

O dea sylvarum, spes o fidissima patris:

Hic opus officio, praesidioq; tuo est.

Sopitam tu attolle deam, deferaq; per auras,

Inpositam bigæ, qua vaga nocte nites.

Inde super Cynthum sacrata in sede recondens,

Floribus & viridi pectora fronde tege.

Vt cum te aspiciet longo consumptus amore

Iuppiter, & lata fronte vocare patrem,

Optima tantarum sumat præsagia rerum:

Ne chari immemorem te patris esse putet.

Mox raptam, & Cyntho positam, templorum locatam,

Sopitamq; suo detineat gremio.

Sic Iouis ira cadet nimio concepta furore,

Paxq; aderit nato, cælitibusq; meis.

Hoc mihi consilium, tranquilla in pace tenere,
 Et regere imperio summa deosq; meos.
 Dices: Ergo iubes, ut me duce, fraude dolosq;
 Detur amica Ioni nympha pudica prius.
 Ecquis thura dabit? quis castos ponet honores?
 Quis colet? & puro quis dabit igne faces?
 Diana pudicitiae dicar Diana, pudicam
 Quae frundo, & caste pectora fallo dolis?
 Alter agat. tituli nomen, numenq; Diana
 Hoc erit? hac sancta est dina pudicitie?
 Dices præterea: Cur afficis ipse dolore
 Insignemq; virum, magnanimumq; ducem?
 Quo nemo melior pietate, ac fortibus armis:
 Nemo fide, nemo religione prior.
 Delia nolo sacri decreta resoluere celi:
 Ne noua consilia, ne noua tela paret.
 Præstiterit nos esse odio sub Cæsar's uno,
 Quam si soluatur machina & ordo poli.
 Ille aliquo belli dux compensetur honore,
 Sitq; Sigismundus palma decusq; ducum.
 At tu cum possis succurrere nata parenti:
 Abnus, & votum despicias ipsa meum.
 Si sedet hoc animo, celi concordia nulla est:
 Concurrent armis arma seuera patris.
 Iam video auxilijs totum concurrere cæsum,
 Intestinus erit numinis iste furor.
 Chara mihi neptis patrem patiere furentem?
 Et poteris fratrum bella videre soror?

DE AMORE IOVIS

Quare age si qua deæ pietas, si fama parentis,
Et te si Phœbi gloria honoꝝ tenet,
Vtile consilium pro tempore preſtes honesto:
Obvia ſis tantis Delia diua malis.
Sic pia tranquilla compones numina pace,
Et facies voto iam ſatis ipſa meo.

MERCVRIVS IN CONCIONE APVD DEOS SIC LOQVITVR.



& licet magni quos huic pro rebus agēdis,
Prōq̄ poli regno contulit iſta dies:
Audite, & quicquid pro maiestate deo-
rum eſt,

Conſulite: interpres eloquar ipſe deūm.
Nam video ut demens armat discordia celum,
Et mouet incertos sanguinolenta deos.
Nanq̄ pater diuūm, trifido qui fulmine mundum
Concutit, à Phœbo diſſidet uſque ſuo.
Vndiq̄ concurrunt cæleſtia numina: res eſt
Non ignota mihi, cognita cælitibus.
Scimus ut aurata perfoſſus cuſpide diuam
Magnus Arimineam Iuppiter ardet amans.
Scimus & ad patrem qua ſit ratione profeſtus
Delius, & qua ſint ſeditione dei.
Iam video accingi Lunam, bigām̄q̄ parari,

Ut monitu alterius consulat illa patri.
 Iam video furtum fieri, iam virgine raptā
 Subductāq; Ioui, numinib; q; fidem.
 Si nos vincit amor, si turpis vita deorum est,
 Quis tam mentis inops numina nostra colat?
 Victima cui dabitur? quis templa videntia sertis
 Ornet? & ante deos quis pia vota dabit?
 Aut quis solennes vitulum mactabit ad aras?
 Et quibus ardebunt mascula thura focis?
 Sit tamen ista minor superūm iactura deorum.
 Nam diūm imperio pars quota terra data est?
 Vertite ad astriferas superi pia lumina sedes,
 Huc ubi cælicolæ maxima regna tenent:
 Semper erit demens inter discordia magnos
 Cælicolas, dira prælia semper erint.
 Depusit è regno patrem saturnia proles,
 Et Latio occludi compulsi ille senem.
 Audierat certo labentibus ordine fatis
 Ventura magno regna paternia Ioui.
 Id metuens natos infesto dente vorabat,
 Sed tandem captus coniugis ille dolo est.
 At postq; licuit florenti ætate, parenti
 Iuppiter extorsit maxima regna semi.
 Fit princeps, sceptrūmq; manu tenet ille deūm rex:
 Cui parent terra numina, & astra poli.
 Tum pater ille senex regno patriaq; fugatus,
 Vela dat, & Latij littora curua petit:
 Hospitio profugus Iani bifrontis amici

DE AMORE IOVIS

Accipitur sancto foedere amicitia.
Hic primus senior telluri infindere sulcos
Edocet, & terra semina larga dare:
Hic vites plantare nouas, & in arbore ramos
Inserere, & duris aurea mala pyris.
Hoc artes tandem variae crenere magistro,
Qui priscum Latio nomen & arma dedit.
Inde Ioni bellum seni indixere gigantes,
Dum cupiunt celo regia iura dare.
Dumque cadunt crebro congesti fulmine montes,
Immissisque flagrant ignibus anguipedes.
At nunc celesti pendebit origine bellum,
Non sunt terrigenae qui fera bella mouent.
Non hic pro summo pugnant celestia regno,
O turpem causam! tela mouebit amor.
Quod si non aliter celi discordia nasci
Debet, & tantum spicula caeca valent:
Arma patrum uatos sacerent, sacerentque nepotes:
Inque patris corpus missa sagitta volet.
Pugnent fraterno celestia numita bello.
Corpora diuorum sanguinolenta cadant.
Mitius hec: sed causa grauis rapit ora dolore:
Mellifluum quicquid nullus amaror habet.
Quare agite obtestor per vos per pignora iuncti
Sanguinis, & si quid sanguine maius adest.
Perque potestates celi, terraque, marisque,
Perque fidem, & si qua est gloria, si quis honor.
Sit sanctos inter pax & concordia diuos.

Dispereant iræ, dispereatq; furor.
 Nam si discordant cælestia, tota peribit
 Machina, in antiquum mox redditura Chaos.
 Obvia syderibus concurrent sydera, rupto
 Ordine pugnabunt obvia signa poli.
 Adde q; & mœste certabunt numina terræ,
 Miscebbit pariter prælia numen aquæ.
 His odijs ergo superi pugnisq; futuris
 Consulite: extinctus sit furor iste deum.
 At mihi quæ surgit dicam sententia patres:
 Quæ nisi displiceat, numina vestra probent.
 Dum puer arcitenens direxerit arma tonanti,
 Despiciet magnum dulcis Isotta Iouem.
 Semper difficilis, semper violentior ira,
 In ppter irato pectori semper erit.
 At Phœbum non cœcus amor, reverentia patris
 Monit, ut à voto cederet ille suo.
 Monit amor Martis, qui instos cæsaris ignes,
 Gratâq; Sismundi nomina & arma fouet.
 Est operæ pretium duris succurrere rebus,
 Spicula quo pereant, & furor ille deum.
 Vritur Isottæ placido deus ignis amore,
 Et patitur teli vulnera sœna sui.
 Hanc Sismundus amat iaculo prefixus eodem:
 Par est, concedat rex Malatesta Ioui.
 Dispar causa tamen: fauet illa libentius illi,
 Cum quo consuenit vinere dina viro.
 Iure quidem, peperit similem pulcherrima prolem,

DE AMORE IOVIS

Quæq; Sigismundi cæsaris ora refert.
Aspera virgo Ioui est, precibus non illa monetur,
Munera contemnit, despicit illa minas.
Sismundus cordi est, Sismundus semper in ore,
Ille (inquit) mihi vir, Iuppiter ille mens.
Sismundumq; absentem absens videoq; probóq;
Sismundi emoriar nympha beata sinu.
Si datur illa Ioui, fit amanti iniuria contra
Cælicolūm leges, iusq; decusq; deūm.
Injustas ecquis faciet sacra iustus ad aras?
Aut quis numinibus iustior esse velit?
Exemplo superūm viuunt humana:deorum
Vita homini exemplum est: iustitia & pietas.
At si nulla Iouis extat medicina furoris,
Nec spes irato:mox dea monstret opem.
Omnia cum cælo misceri elementa videbis:
Tota cadet mundi machina, & ordo deūm.
Spargit & ipsa odij virus discordia, & armis
Prō dolor occurrent arma feruera Iouis.
Ergo erit hec tantis melior sententia rebus:
Quam dens ipse probet, & Malatesta probet.
Integra fatales dum tendunt stamina parce,
Dina Sigismundo viuat Isotta duci.
Digna quidem res est, mortalibus addere curis.
Mortalem: eterno iungere perpetuam:
Atropos at postq; truncarit fila puelle,
Sit Iouis: ut voto gaudeat ille suo.
Et quoniam vixit seruata lege pudica

Cum duce magnatimo, sit nona stella poli.
 Et partem in quavis flectat vestigia magnus
 Iuppiter, ante oculos fulgeat illa suos.
 Tum decus Ansonie nullis superatus ab armis,
 Itala cui debet plurima terra duci:
 Qui semel atq; iterum Tyrrheni litoris hostem
 Reppulit, & fortè lucida teta manu:
 Cuius ad Armenios nomen penetravit, & Indos,
 Cuius & in toto cognita fama polo:
 Satisq; superq; suos carrat feliciter annos,
 Atq; triumphato vivat in orbe senex.
 Post obitum sanctæ defunctus lumine vite,
 Restituat Marti spicula & arma deo.
 Sit dens, & galea in media Mavortis alumnus
 Fulgeat: hinc miles det sua vota deo.
 Hæc Maia genitus pro maiestate deorum:
 Vos quid in hoc vultis, dicite quæso patres.

PODEORVM CONSEN-
S. VENVS ET PALLAS LEGA-
TAE AD IOVEM MAXIMVM.

Maxime cœlicolū, rerūq; eterna potestas:
 Quæ neq; cōsiliū, nec datus ordo latet.
 Venimus imperio superūm decreta fe-
 rentes,
 Grata futura tibi, dignaq; cœlitibus.
 Namq; ubi te captum pueros servire tyranno,

d.j.

DE AMORE IOVIS

Collectosq; deos vedit Atlantiades:
Virginis insidias Lunæ, furtumq; parari,
Miseriq; odij numina cuncta poli:
Continuo eloquij tanta vi functus & arte est,
Vt superi vnamimes dicta favore probent.
Hæc fuerat Maia geniti sententia, magnis
Digna deis, digna iudicioq; tuo.
Dum pia fata volunt, facili dum vescitur aura:
Esto Sigismundi mitis Isotta ducis.
Illum amat, ex illo suscepta simillima proles:
Mors irretitos separat vna duos.
Sint hominis, quæ sunt mortalia membra, sed inter
Sydera post obitum fulgeat ante Iouem.
Multaq; præterea coram Olymnius ales
Rettulit à magnis hand reprobata deis.
Hæc placuit superis sententia: quam pater & rex
Ne secus esse velis numina cuncta rogant.
Consule celicolum paci pater optime, nec te
Mollis amor vincat, officiumq; meum.
Consule iusticie, atq; hominum ne despice sacras:
Cætera qui vincis, vince tuos animos.
Omnia quæ natæ charo potuere parenti,
Fecimus: hinc Pallas Cecropis, inde Venus.
Ista potestatem Phœbi Martisq; precata est,
Vt faueat votis numen utrumq; tuis.
Cui Mauors subtristis ait: quis inssa tonantis
Abnuat? aut demens quis sua vota neget?
Quodcumq; omnipotens iubeat, parere necesse est:

Imperet, imperijs obsequar ipse suis.
 Idem animus Phœbo est: quis enim sua tela parare
 Audeat? in sumnum quis ferat arma Iouem?
 Nescio quid cause est, causas sciat ipse furoris:
 Iuppiter in fratres fulminat ille tuos.
 Causa mali tanti, quam deperit aspera Isotta est:
 Quæ dea Sisnundo gaudet amata suo.
 Non me: cecis amor, nec Phœbum blanda libido,
 O dea difficilem iussit adire Iouem.
 Sed superum decus, & chari reverentia patris:
 Ne pereant templi sacra precēq; virūm.
 Ne pia vota hominum cum religione fidēq;
 Ne valeat nudus plus puer, igne Iouis.
 At pater ille deum iam deteriora secutus,
 Infenos habuit perditus usq; dnos.
 Inde faces, belliq; minas, fulmēq; paravit,
 Quale giganteis torcit in insidijs.
 Omnia que natos deceat, natuq; minores,
 Pertulimus tandem sponte sua faciat.
 Hæc Mars, hæc eadem Phœbus narrabat Apollo.
 Ergo animos fratrum percipe rex faciles.
 Parte alia ingentes cepi sine Pallade vires
 O pater, ut voto perfruerere tuo.
 Nam veritus senior pro seditione futura
 Dixit Saturnus, que minus esse velim:
 Iuppiter arma parat: vesanum fingit amorem:
 Suspēctos simulat in sua vota deos.
 Hinc odij causam pugnae crescentis origo

d.ij.

DE AMORE IOVIS

Suscipit, hinc vires parvulus ante focus.
Nescit quem fallat, nescit mens ille deum rex:
Scit patris ille senis vis mea quid valeat.
Ad quem sum placida ac supplex sic voce locuta,
Ne foret in tanta suspicione senex:
De patre non patiar; siceat defendere verum.
Sis superum quamvis & Iouis ipse pater.
Non fuerat Iouis hoc animi, te fallere patrem:
Cuius in officium maxima regna tenet.
Nec mihi vana fides: ego testis, & inclita Pallas,
Aurea quod magnum fixit arundo Iouem.
Deposit nostro rutilantia fulmina suauis:
Quando Isotta Iouis fecerat armamibilis.
His Saturni animum coepi mollire precando:
Nato ut ferret opem, subsidiumq; daret.
Ne toleret tanto genitum senire dolore,
Ne Iouis arcitenens subiuget arma puer.
Talibus indicijs senior secessit ab ira:
Fitq; amor inde patris, qui furor autem fuit.
Tum bigam aptari, moxq; arma capeffere Lunam
Imperat, ut dulcis detur Isotta Ioui.
Quod cum dina dolens Saturno sepe negaret,
Ne caderent sanctae iura pudicitiae
Mota meo monitu, & molli deflexa suauis,
Victra meis precibus paruit illa seni.
Quod nisi Atlantiades monuissest voce deorum
Numina, subrepta iam potirere dea.
Sed placuit Maia geniti sententia: quam tu

*Ipse probes, orant numina cælicolum.
 Cum nec te genitor, non aurea Luna dolore,
 'Non Pallas soror hæc, non Venus ipsa leuet:
 Iussa deum ne temne pater, depone furorem,
 Pone animos, pone frena libidinibus.
 Hæc Venus: at Pallas magni Iouis orta cerebro,
 Illachrymans flexit in sua vota patrem.*

POLVNA TERRAE MATERI SALVTEM D. P.

Cynthia maternos solatur Luna dolores:
 Cuius ager sterilis, pestiferumq; solū.
 Alma parens sylvas, collēq; & semina
 mundi;

*Que pecudes gignis; & genus omne fere,
 Sola hominum, ac diuum magnorum æterna creatrix,
 Cuius ab officio sunt pia thura deis:
 Quid tanto dulcis mater tristare dolore?
 Mæstæve quid tantis luctibus ora rigas?
 Non fato, non sponte deum tibi lethifer annus,
 Nêve tua liceat fertilitate frui:
 Causa fuit ne parua quidem discordia celi,
 Dum parat ignipotens fulmina sœna deus.
 Natorum dum pura fides suspecta parenti,
 Dum timet horrendus falce pater senior:
 Namq; ubi cælitibus iecit sua semina luxor,
 Atq; amor & fastus, & sine lege Venus:*

d.iiij.

DE AMORE IOVIS

Continuo superi posuere negotia rerum,
Scrutati quenam causa furoris erat.
Atq; animi postq; composta pace sereni,
Læta petunt sedes numina magna suas.
Iamq; aderunt qui cuncta creant humorq; , calorq;
Et modo qui sterilis, frugifer annus erit.
Incipe, summittat collum sine tauris aratos:
Rideat incultus, ut bene cultus ager.
Mox nitidos iuxta pascantur grama riuos:
Nec repetant domini pectora fessa domos.
Post ubi tempus erit, quando est sine frondibus arbor:
Semina telluri læta futura iace.
Insere poma parens: & vites pane nonellas:
Sive velis campo, seu mage colle velis.
Rosida diffundet faciles aurora liquores,
Et crescent fuso semina rore leui.
Mite Dionei fulgebit cesaris astrum:
Quo gaudent segetes, & fatâ leta boum.
Hoc & per colles croceum trahit vua colorem,
Pomâq; per ramos quelibet arbor habet.
Leta colore Ceres granidis flauescet aristis.
Et granis autumnus ne Etare mollis erit.
Sic eris è sterili fecunda, deme dolores,
Sume animum, vires collige dina tuas.
Adde q; arboribus contagio nulla nocebit:
Nulla satis tabes: corporibusq; virûm
Nulla lues morbi: quamvis vel siriis ardens
Post geminos ante fulgeat ora canis.

Nee pecori officent, que carpent pabula fæte:

Nec lædent celeres mollea poma feras.

Sole sub ethereo fætu ganisa calebis,

Et dabit effeſtus filia Luna fuos:

Ab Ione flammigero dabitur quodcumq; necesse eſt,

Temperiemq; ſoror Iuno benigna dabit.

Ad ſummam, ingentem (ſic dij ſtatueret) fauorem

Præſtabunt Terra ſydera & aſtra deæ.

Indue chara parens roſeum mutata colorem,

Et gratare Ioui, numinib; q; poli.

Sunt tibi ſemidei Panes, Fauniq; bicornes:

Sunt & monticolæ, ruricolæq; dei:

Sunt & Hamadryades nymphe, Dryadesq; Napeæq;

Et que telluris numina magna colunt.

Quos omnes luſtrare Ioui, ſuperiſq; iubeto:

Vt faueant meritis aſtra benigna tuis.

Atra lues, & dira fames, & lethifer annus,

Iamq; aberunt: vna hinc turgida, leta ſeges.

Iam nullæ arebunt herbe, ſua graminæ riuis

Semper erunt, tellus mollia fraga feret.

Arboribus foetisq; fuos, & pabula campis

Syderibus dextris pinguia Terra dabis.

Flumina lactis erunt, & mella ſiquidia fundent,

Fumabunt magnis thurea dona deis.

Quare age pone parens luſtus, depone dolores,

Pone habitum, lachrymas ſupprime diua tuas.

Nanq; aderunt elementa tuis, & numina votis:

Que nunq; moſti cauſa doloris erunt.

d.iiiij.

DE AMORE IOVIS

TERRA IVNONI

SALVTEM DICIT.



Iua soror cōiūnxq̄ Iouis Saturnia Iuno,
Languida quam partu fœmina ſepe
vocat:

Cuius ad imperiū properat genus omne

deorum,

Connubioq̄ Iouis regia iura tenes:

Quod superi cœant tranquillæ in fœdera pacis,
Gratulor ipsa tibi, gaudeo Terra mihi.

Quām timui, ne forte deos noua cauſa moneret,
Ne tener arcitenens vinceret arma Iouis:

Q̄ timui, immites ne chara in pignora patres
Sæuirent: pietas hinc erat, inde furor.

Parte alia, ne quid iuuenili errore timebam,
Auderent contra tela minora patrem.

Cognitus ille tui furor est regina mariti,
Cognitāq̄ Isotta forma pudica deæ.

Vt consulta deūm supero firmata tonanti,
Vt q̄ sit intrepidi viua puella ducis:

Pōst obitum ante Iouem niteat fulgore pudico,
Sitq̄ puellaris norma pudicitiae.

Iure itaq̄ extinctis odijs, pulsōq̄ pauore,
Quod timeas nihil est, ô dea dina deūm.

Nanq̄ pater, quem terra, poliq̄, fretūmq̄ veretur:
Qui modo turbatus, iam puto mitis erit.

Aliger hand leuibus quatiet sua corda sagittis:
Nonerit eſſe ſator, nonerit eſſe deus.

Ergo nec immerito latentur numina tecum:

Sive ea sint terræ, sive ea pontus habet.

Nam si Istroni tantum tibi seruat aëris:

Hinc calor, hinc humor, commoditasque venit.

Sunt tibi bis septem spetiosa fronte puellæ,

Quæ permutatam dantq; adimuntq; diem.

Ipsa trabis nebulas, & nubes imbribus opples;

Et colles, & agros rore benigna fones.

Dásq; adimisque austris vires, ut mollia sificant

& quora, & aethereas nunc petat vnda plagas.

Pone graues curas superum regina deorum,

Pone truces animos, pone supercilium.

Nanq; pater celeri iam liber arundine rectâ

Ibit, & errori consulet ille suo.

Quæq; Sigismundi castos seruant amores,

Dina reseruant virginitatis ent.

Sic inbeas, firmesq; deum regina potentum,

Vt sua sint castæ dona pudicitiae.

Nunc age magna parens mecum letare vicissim,

Quod mea iam nullus pectora langor habet.

Nanq; suis postquam mithere in sedibus astra,

Et sua stillarunt balsama digna deis,

Atq; ubi tu aërios fudisti lœta liquores,

Et tetigit cœli viscera nostra calor:

Continuo in latis campis patuere pororum

Agmina, & à nostro corpore morbus abest.

Iam tibi per varios cursus, & tempora solis,

Ducentur fœtus: quos dea lœta dabo.

DE AMORE IOVIS

Vere novo cum signa poli percurrere Titan
Incipit, & Marti sunt sua sacra deo:
Cum tepidos terris Zephyros immittis apricis,
Cumqz tuo officio rore rigantur agri:
Postqz ubi depresso glebas inuertit aratro
Taurus, & agricola sperat avarus opes:
Prata per immensos ridebunt pingua campos,
Florep purpureo luxuriabit humus.
Graminaz ad vitreos venient surgentia rinos,
Et folium viridis herba renata dabit.
Parturient steriles sylue, nemus omne virebit,
Et segetes largo semine lata feram.
Mora dabunt sentes, & humi nascentia fraga
Cernere erit, passim mollis achantis adest.
Undiqz fragrabunt violaqz, ligustra, roseqz:
Hortorum crescent semina, crescat holus.
Tum late longo turgescit palmita gemmae,
Plenapz per ramos fructibus arbor erit.
Tunc vinent calidis nidi sub matribus, & moe:
Ora petent dulces ora datura cibos.
Semotumqz prius coeat genus omne ferarum,
Quas subito ad venerem certa libido trahit.
Tunc parient pecudes, attendent pabula foeta:
Et qui lascivit, lacteus hædus erit.
Divinæ pascentur apes cum rore salictum,
Et liquidum nectar duscia mella dabunt.
Cinnama spirabunt, & copia crescat amomi,
Actaqz cælicolum pingua thura focis.

Tum Paphie & facilis fient solennia Flore,
Et circum crines mollia ferta ferent.

Post ver purpuream, post primi temporis annum,
Quicquid aborta ferent, ducere cura mea est:
Namq; ubi maturis succedet solibus estas;
Cum diuus cesar ad sua sacra venit:
Cum calidus medio sol circumvolvitur orbe,
Cum pecori officiunt feruida solstitia:
Spicea ferta erant audi per rura coloni,
Votaq; persoluent, & cereale canent.

Nam granibus postquam flauescet campus aristis,
Agricole segetes rura beata metent.

Quinetiam facilis terra ante equata cilindro,
Miretur cniulos area lata suos,
Plenaq; perspicies cerealibus horrea donis,
Fundet opes lata copia larga manu.
Arborei incipient tum maturescere foetus,
Incipientq; ruber vitibus esse color.

Post ubi adequato descendet tramite Libram
Phœbus, ubi ardorem ponet ab ore Leo:
Adueniet plenis autumnus pallidus viuis,
Frondeq; pampinea tempora cinctus erit.

Tum calidis liquidisque patens via nulla relieta est,
Et fient ramis mitia poma suis.

Plena referuabit calcato dolia mysto
Vinitor, & nudo palmite vitis erit.
Deniq; thyrsigero fumabunt sacra Lyeo:
Namq; meri deus est, latitie q; pater.

D E A M O R E I O V I S

Arbore de viridi succi sine pondere frondes
Replebunt sylvas, arboreumq; nemus.
Tum vineta Thyas sustret bacchata sacerdos,
Turbāq; cum Thyrsis heōe Bacche sonet.
Mox succedet hyems, pars vltima solis, & anni:
Tum renouandus ager, terra colenda mihi est.
Optandum quod sit pars temporis illa serenissima:
Ne noceant imbræ, ne noceantve nubes.
Hoc superi prætent, & tu dina ætheris altis:
Frugifera officio sim dea Terra tuo.
Hic largas segetes, & plenos semine campos,
Surgere humi cernes, fiba futura deis.
Ergo nec immerito bene quod successit utriq;
Gaudeo Terra mihi, grator & ipsa tibi.
Tu regina viro grande in tua vota reduto,
Et seruaturo federa eontribui.
Atque ego iam vexata grani morboq; faméque,
Incolumi lator fertilitate frui.

MAXIMA IVNO TERRÆ AMANTISSIMÆ

S. D. P.

Ivre salutatâ vultu mea littera primâ,
Littera quam Terræ scribit amata
manus.
Quod tu sola meos scripto solare dolessis,
Quod tibi monstrata est spesque quiesque mea:

Sis sicut aeterno Tellus generata parente,
Et fame, & noctis, centimaniūmque parens,
Pro tali tamen officio tibi magna refertur
Gratia: sint meritis munera digna tuis.

Quicquid in ethereo summus promitteret orbe
Iuppiter, & quicquid posset vterque polus,
Id tibi in aerijs mater clarissima regnis
Spondeo: sint vota numina nostra tuo.

Incipe magna parens anima producere leta,
Quicquid ad ornatum numinis esse potest.

Primum Palladia flaxescat collis olima,
Quod celo & Paci palma dicata dea est.
Sustulit hæc ensem Marti, Phœbōque pharetram:
Deoque manu magni sustulit arma Iomis.

Hec & Letitia me affectit, tēque: dolores
Depulit illa tuos, depulit illa meos.

Perge igitur faciles lento iam palmitæ vites
Tollere, & arboribus aurea poma dare.

Purpurei multo florescant gramine campi,
Luxuriet nullo semine pinguis humus.

Nulla satis hominiisque lues, contagia nulla
Arboribus: semper fit tibi temperies.

Sic iubeant superi, Terræque fauentia necum
Sydera: leta parens me duce semper eris.

Sed mihi leticie certus locus unde futurus,
Quam letam coniuncte non finit esse meus?

Que spes? que requies dabitur mihi? nulla dolores
Causa meos poterit vincere, nulla meos.

DE AMORE IOVIS

Pax tibi, pax superis orta est: mihi semper amator,
Plenâq; mœstitia pectora semper erunt.
Nam mihi iam toties cœli irratus adulter,
Numina corruptit vicius amore fidem.
Quâve magis credas, non longe exempla petamus,
Quæ fuerint mentis vulnera seuæ meæ:
Versus in armisone formam faciemq; Diana est,
Cum vim passa nono casta puella dolo
Parrhasis intumuit: de qua puer editur Arcæ,
Qui didicit nernis exagitare feras.
Hic properat certis matrem superare sagittis:
Quæ nunc vrsa meo numine lustra colit.
Tunc ambos dextra rapuit, celosq; locavit:
Penèq; mutatos fecerat ille deus.
Prolis Agenoreæ dulces quis nescit amores,
Candida cum blandus cornua sumpsit amans:
Cum deus & genum tranaret prædo puellæ,
Et quateret tremulos aura secunda sinus.
Ille poli tandem clara inter signa locatur,
Et taurus primi tempora veris habet.
Illa nitet cœli medio candore rubenti,
Et suus Europa syderis extat honos.
Respice Atlantiadas, stellato in cardine lucent:
Sydera sunt turpis præmia adulterij.
Hinc Maia genitus, hinc Troie Dardanus author:
At mihi mens tristis, perpetuusque dolor.
Inachis insano dudum violata marito,
Nunc bos, atq; modo fœmina, facta dea est.

Aurea Acrisiades nitet inter sydera Persens,

Quem peperit Danae de Ione rapta meo.

Hinc & Tyndaridae, felicia pignora Ledæ:

Quos geminos voluit Iuppiter esse deos.

Tardior Eois fudit sua lumina regnis

Phœbus, & impendit mundus uterque diem,

Credula cum capta est falsa sub imagine mater,

Vt nasci posses Amphitryoniade.

Quid loquar Antigonens: quæ facta cyconia celo

Imposita est? miseræ quis pia thura dabit?

Quot sum capta dolis? quot sum dea passa labores?

Penè nothis dedimus pellicibusque locum.

Non sum Iuno Iouis coniuncta, viduata marito,

Nanq; suo voto sum magis apta soror.

Gaudia nulla meos poterunt lenire dolores,

Ni mihi restituant fata benigna Ionem.

Ille vir, ille deus, ille est mihi portus & aura:

Iura voluptatis, iura doloris habet.

Sperandum tamen est, quod euntibus ordine rebus,

Ad thalamos veniet coniugis ille sua.

Nam licet in varias mutet sua corpora formas,

Perficit id cæco vulnere blandus Amor.

Tartareum figit regem puer ille sagittis,

Sanciat & certa cuspede numen aquæ.

Ille dat, ille fugat flamas pharetratus amoris:

Ille poli & terræ numina solus agit.

At nihil ipsa tamen metui, ne omnino carerem⁹

Coniuge, in amplexu qui negat esse meo.

DE AMORE IOVIS

Nam si Barbaricas vitianerit ille puellas,
Et vitium Graijs matribus attulerit:
Sint sicut & veneri, sint & mage lnsibns apte,
Verbaq; lascivis sint magis apta iocis:
Non tamen ad nymphas quisquam conferre Latinas
Audeat. est dispar vita, sed unus amor.
Flagrant Romane nulla levitate puellæ:
Ebria lascivuit illa vel illa procos.
Et vita & gestu colitur Romana modesto:
Græcula blanditijs deliciisq; suis.
Siqua meam virgo potuit suspendere mentem,
Et pariter sensus sollicitare meos:
Per caput hoc, & per sanctissima coniugis oras
Virgo pudica fuit, virgo Latina fuit.
Sola meum fixit lethali vulnere pectus,
Orta in Arimineo mitis Isotta solo.
Hanc metui, hanc olim suspensa mente timerem,
Ne timeant certa numina lege Iovem.
Nam neque progenuit talem natura puellam:
Sine velis forma, sine pudicitia.
Illam ego suscepi matris de ventre cadentem,
Et dixi fausto nata sit auspicio.
At bene si memini, Charites sua dona dedere,
Quolibet ut felix esset Isotta die:
Ut sit Romanas inter dignissima nymphas,
Sitq; Sigismundo principe lœta suo.
Felix prole parens, quæ reddat imagine patrem,
Virtute, ingenio, iustitia, eloquio.

At Parce vitam cana tribuere Sibylle,
 Matri & Hestore & tempora longa pte.
 Lumina virgo dedit pharetram subcincta, capillos
 Cypris, & artifices docta Minerua manus,
 Carmina Pierides, thyasos dedit astus Apollo,
 Qui Latias, & qui numina sancta decent.
 Sermo brenis, facies locunda, & plena decoris,
 Et probat incessu virgo modesta deam.
 Aspice qua graditur cum maiestate verenda:
 Quantus cum summa religione fides.
 Nomen Iosotum volitabit in ora virorum:
 Semper erunt laudes: gloria semper erit.
 Ac sua per Latum dulcis pingetur imago:
 Romanis vineat versibus illa dix.
 Deniqz vota dabunt matresque nurusque pudicæ:
 Fatorum sic est omnipotens series.
 Quod nisi sim coniunx Iouis & soror, ipsa precarer,
 Sit soror & coniunx dina futura Iouis.
 Iure quidem timui, cum sit tot dotibus almis
 Predita, quam cæli numina & astra probant.
 Diis habeo grates superis, qui fodere pacis
 Consuluere Ioui, consuluere mihi.
 Sed quid Atlantiadæ? qui tanti muneris auctor,
 Que dabimus meritis præmia digna suis?
 Intro per inferna labentia flumina valle,
 Et per tenebrosa numen & arma dec:
 Semper Atlantiadæ iusti referentur honores,
 Et nostra anguigero gratia semper erit.

e.j.

POETA AD MVSAM.

Redditis ille animam, fratremq; virumq; reduxit;
Letitiamq; dedit, si qua futura mea est.
Spero equidem posthac tranquillam ducere vitam,
Si repetat thalamos vir mens ille suos.
Id tamen ut fiat fato meliore precamur,
Tristitia causa ne velit esse mea.
Sis fausta & felix & dijs gratissima Tellus,
Cui faneant mecum numina cuncta poli.

POETA AD MVSAM IN INVIDOS ET INDOCTOS.

Viae peracta mihi, lato enigilata labore,
Musa parens, votis auxiliata meis.
Cinge hederis crines, circundato baccare
frontem:
Ne noceat numeris inuida lingua sacris.
Nam tua nec veri mordebunt dulcia vates
Carmina, nec sanctae doctus in arte lyrae.
Divinum lacerent insano dente poetam
Liuor & indoctus, cetera turba probet.
Vade age per Latium, per Dorica tecta, subito
Regalesque domos, cesareosque lares.
Inde probata redi Sismundi ad caesaris aulam,
Cuius ab ingenio nobile crevit opus.
Mox vatem charo commenda Martis alumno,
Cuius ope accrescit gloria, viuet honos.

Cuius ope insignis Isofte fama feretur,
 Cuius in arce poli stella nitebit ope.
 Inuidet quamvis armata fulmine dextræ
 Iuppiter, & quatiat tērque quatérque caput.
 Ambo meum numen, vel siquid numine mains
 Esse potest, magno numine mains erunt.

P O R C E L I V S P O E-
T A I N C L Y T O M I L I T V M I M-
P E R . A C P O E T A R V M D E O .
S I G I S M V N D O P A N D V L F O .
M A L . F E L I C I T A T E M D .



Ons Cyrthe in medio vitreis argenteus
 vndis
 Labitur, hunc circuī laurea sylua tegit.
 Hic locus & Phœbo sacer est, ea flumi-
 na Musis,
 Vnde sacrum vates nomen habere volunt.
 Huc tantum veniunt quos Delphicus afflat Apollo,
 Quiq̄b̄ colunt sacras, numina nostra, deas.
 Hic primum virides circum tua tempora lauros
 Inspexi, & flanas cingere ferta comas:
 Hic & Pegaseo pia membra rigare liquore,
 Bellorophontei sumere fontis aquas.
 Vnde honor, & vera Romane gloria linguae,
 Semideos inter nobile numen habes.

e.ij.

DE AMORE IOVIS

Salve igitur Phœbi criniti dulcis alumnus,
Salve iterum ô seculi gloria sola tui.
In te spes & bonos, & vatum gloria, quanta est,
Musæq; in auxilio semisepulta tuo.
Accessi mire laudis succensus amore:
Me tua cana fides, me tua gesta trahunt:
Institia, ingenium, & laute moderamina vita,
Quo donat nemo principe liberius.
Tu decus armorum, tu me Manortis alumnus,
Tu Malatesta domus officiosa trahis.
Hic Cicero, hic Crispus, hic sancti musa Maronis,
Hic & virtutum premia, & altus bonus.
Arma canit vates Basinius ære canoro,
Et tua Smyrneo carmine facta canit.
Vastrius miris defunctus artibus istic
Describit leges, iuræq; militiae.
Parleo quin etiam Graeco, & sermone Latino
Enitet orator clarus, & historicus.
Quamvis æquetur princeps tua gloria cælo,
Et tua describant tot monumenta viri:
Si Pandulphe meos ornabis honore libellos,
Accedet titulis gloria magna tuis.
Namq; ubi iussa dabis, pictam petere alta carinam,
& quabis reges, cæsareosque duces.
Par licet Augusto virtute, & fortibus armis:
Religione tamen Cesare maior eris.
Non illi imperium virtus, non nomen auorum,
Non veteres tituli, sed sacra Roma dedit:

Roma sacros genitura deos, terræq; marisq;

Regina, & summi parte locanda poli:

At studia, & mores, tituli, & reverentia patrum,

E'stq; supèrq; tibi, sitq; supèrq; precor.

Iuro per Aonidas, duce me tua facta legentur,

Et tua clarescat gloria vatis ope.

Ingenium quamvis sacri merearis Homeri,

Et quo Romana est nobilitata chelys:

Non tamen hanc musam, quæ te celebratq; colitq;

Despicias: ibis me duce in ora virum.

Si veterum est ingens & fama, & gloria regum

& eterna est regum gloria vatis ope.

Hinc norunt Rutulos, hinc dinitis arua Latini:

Hinc tibi Dardanij sunt monumenta ducis:

Hinc reges, hinc arma ducum, & Romana propago

Nota mibi: hinc veterum carmina mille virum.

Miraris fortasse, aliquid quod grandius ipse

Spondeo, qui nugas, deliciasp; dedi.

Qui cecinit ranas, idem cantavit Ulyssem:

Qui cecinit esicem, venit ad arma virum.

Noni nouus huc miles, nec tyro in prælia veni:

Ingenium, & vires hæc dea semper habet.

Scripsimus armatas connexo umbone phalangas,

Amphitryonei prælia sœna ducis.

Pinxit & insignem regis mea misa triumphum,

Anguigerumq; ducem, prodigiūmq; bonis,

Castra ducum, fortēsq; acies, & prælia: quorum

Cum Scipione meo pars quoque magna fui.

POETA PANDVL.

Sis munde armipotens vicitor regumq; ducumq;

Cuius in astrifero cognita fama polo:

Quicquid ab undecimo numeris depinximus anno,

In decus, & laudes iussimus esse tuas.

Hic vatum viridi cinguntur tempora daphne,

Hic & blanditias, deliciasq; leges.

Hic Amor & Venus est, hic seria dicta, iociq;

Et stricto interdum perfurit ens deus.

Lusimus, ut quondam prisci fecere poete:

I'ng; Priapea luserat ante Mare.

Carmine si Chyo visa est lasciva puella,

Vita pudica dea, musa probata tamen.

Sume cheym princeps clarissime, nocte corymbos

Crinibus, & flanas baccare cinge comas.

Cantemus veteres, & auorum facta tuorum:

Cantemusque facri tot monumenta patris.

Inspires decus Ausonium, sydusque futurum:

Iura mei tituli, iurraq; laudis habes.

Vatis ope insignes inter celebrabere reges:

Ibit in astra ducis gloria vatis ope.

Tandem carminibus crescent tua nomina, quantum

Populus in liquidis ardua crescit aquis.

Sis felix Pandulpe ducum clarissime, felix

Virtutum o princeps, militeq; decus.

PUDIVAE ISOTTAE
 ARIMINENSI ET FORMA
 ET MODESTIA PRAESTAN-
 TISSIMAE, PORCELIVS POE-
 TA IVCVNDITATEM D.



Elphice sume lyram, celeris depone sa-
 gittas:

Nympha canenda mihi est, Delphice
 sume lyram.

Inter Isotta deas celeberrima digna canoro,

Digna quidem vatis carmine, digna lyra est.

Me duce (si qua fides datur intemerata poëtis)

Perpetuo vires versibus ipsa meis.

Hec ita (dij faueant) de te sententia fertur:

Nulla puellarum par tibi, nulla dea est.

Nam neq; certabit tibi Delia, nec tibi Pallas:

Sine velis forma, sine pudicitia.

Est in te facies ninoe perfusa rubore,

I d^op ferunt placida laudis inesse dea.

Vincuntur chorea Dryades, cantuq; puellæ

Paeonie, quarum numina sancta colo.

Est ætas, flauumq; caput, pia lumina vincunt

Sydera, in incessu iuno superba dea es.

Si rideas & prata virent, & gramina crescunt,

Dulcèq; mellifluo stillat ab ore melos.

Quale decus Charitum prisci posuere poëtae,

Tale tibi o virgo principe digna tuo.

e.iiiij.

DE AMORE IOVIS

Quid loquar ingenuum, quo non præstantior uilla,

Sine Pelasga dea est, sine Latina dea?

Porcia si tecum, digitis si certet Arachne:

Concedet digitis illa vel illa tuis.

Adde genus, proauxo, claramq; agnomine gentem,

Et patriam, & tanta nobilitate patres.

Est tibi pura fides, probitas, morisque pudici,

Et decus, & sanctæ religionis honos.

Deniq; si dotes pergam numerare puellæ,

Nulla tibi par est foemina, nulla dea.

Gaudet itaq; virgo claris celebrata poëtis,

Quod Pandulphus amat, quod Malatesta colit.

Gaudet iterum q; virgo, cuius de laudibus illa

Clarior est, quod amas, & quod amare deo.

Quandoquidem, Latij sola es preslata puellæ;

Et tua deflexit pectora solus amor.

Ac duce nec quisquam melior præstantibus armis,

Nec bello maior, nec pietate prior:

Diva triumphalis concendas aurea currus,

Et lateri adde latus cesaris ipsa tui:

Vt ducis intrepidi fido tenearis amore,

Pärq; sit ambobus gratia, pärq; fides.

Vinite felices, & qui precordia fixit

Iustus amor iuuenium, seruet & ille senium,

F I N I S.

Eiusdem Porcelij POETAE LIBRI QVAT- TVOR ISOTTAE I INSCRIPTI.

ISOTTAEVS LIBER I.

SIGISMUNDVS PAN-
DVLFVS MALATESTA DI-
VAE ISOTTAE SALVTEM
DICIT.



Vam Sigismundus tibi dicit
ab urbe salutem,
Accipe purpureas inter
habenda deas.
Longe corpus abest, tibi semper
proxima mens est:
Parteque sum tecum fer-

tiliore mei.

Si, quid agam, queris: mea conqueror otia solus,
Et desyderium flebilis usque tui.

Absens absentem video te Isotta, nec ullla
Iam sine te nobis nox vigilanda venit.

Roma licet veterum monumenta ostentet aurorum,
Effetaque amplias suggestat urbis opes:

I S O T T A E V S

Me tamen haud possunt mira oblectare ruine,
Cum nullo hic fueris conspicienda loco.
Ipse fatebor enim) sicut non vallisbus Ide,
Non sine te cæli parte frisse velim.
Namq; habeat multas quamvis vrbs nostra puellas,

Que possent ipsos sollicitare deos:
Sola tamen nostris placuisti semper ocellis,
Huic & exuicias unica mentis habes.
Spirat Oronteos facies si mollis odores,
Artificisq; manu si mihi pexa coma est:
Si granis intexto mihi vestis pendeat auro,
Si Phrygia ex humero picta lacerna manu:

Deniq; si festas deducimus arte choreas,
Sive ego personis induor ora nouis:

Omnia peruigili facio coniunctus amore,
Ut soli placeam chara puella tibi.

Adde Isotta, sicut maiorum more meorum

Arma ex officio sint agitanda meo,
Successor regni videar ne indignus aucti,
Sitq; oneri potius stirps Malatesta mihi:

Non ideo minus ipse sequor tamen arma libenter,
Indicio ut videar clarus ubiq; tuo.

Vt' q; meo tu digna, tuo sim dignus amore,

Cedat & in partem gloria nostra tibi:
Scilicet Idalias sensit Phœnissa sagittas,

Vt sua Tros cecinit fortia facta pins.

& sonidemq; suum tum deniq; Colchis amavit,
Vidit ut igni omos perdomuisse bones.

Dicteum ni fortè ducem vidisset in armis,
 Lederet haud patrium perfida Scylla caput.
 Et nos si quicq̄ claris sudamus in armis,
 Si qua hac sunt nobis parta trophya manu:
 Hinc merito longos de te speramus amores,
 Hinc fare perpetuam credimus usq; fidem.
 Nam(mihi crede) prius manabit ab ilice nectar,
 Et glandem salices, & feret vlna fauos:
 Ante piger madido versabitur axe Baotes,
 & quoreos viset Menalis vrsa deos,
 Qz tibi(quicquid id est)animus, res, vota, fidesq;
 Quodq; dedi peccatis desinat esse tuum,
 Fatales dum fila trahent mihi longa sorores,
 Vitalisq; meum dum reget aura caput.
 Lamq; vale mea lux, mea cura, & sola voluptas:
 Utq; tri fuero, sis memor ipsa mei.

P O I S O T T A A R I M I-
N E N S I S R E G I E T D I V O S V O
S I G I S M U N D O P A N D V L F O
M A L A T E S T A E S A L . P . D .



Vam tibi mittit amans princeps animo-
 se salutem,
 Non nisi cum reditu mox habitura
 tuo est.
 Fabor, an Isotta nisi margine scripta supremo
 Nomina iam lachrymis legeris vda meis,
 Aut nisi consueto signatam videris auro,

I S O T T A E V S

Non erit hæc oculis littera nota tuis?
An tacite primum cum solues vincula tabelle,
Cognosces animi pignora chara tui?
Impiger ætias emensus diceris arces,
Qua Tyberis Tuscum verberat unda fretum.
Consilio infestum celeri dum præripis hostem,
Atq; tñ instantis comprimis arte minas:
Raptus es hinc nostris vix dum bene notus ocellis,
Nec sum discessus prescia facta tui.
Non potui charo prius addere brachia collo,
Dicere nec mœstis blanditiæ precibus.
Non mandata prius miseris commixta querelis,
Humida nec lachrymis oscula deinde dedi.
Nam saltem si non poteram tua vota morari,
Te poteram precibus commoniisse meis.
Ut vafer aduersos virgines cantius hostes,
Et scups premetes stans procul ipse viros.
& dibus, & patria cessisti incognitus vrbe,
Nec tibi qui valeas diceret, ullus erat
Postera lux aderat, iam tota diceris vrbe
Appenninicolas transfilijisse nives:
Iam premere hostiles presenti numine turmas,
Qua fugerent hostes, te quoq; parte sequid.
Rumor ut ad nostras peruenit certior aures,
Vix potui lachrymas dissimulare meas.
Sed potui pallere magis q; leta videri,
Et mox incomptis tristior esse comis.
Quid facerem? hinc gemitus dolor excutiebat, at inde

Vrgebat questus conscientia flamma nonos.
 Saepi mihi comites, genitor mihi sepe, quid inquit,
 Tristis es, & fletu pectora chara madent?
 Erubui, finxiq; aliam mox anxia causam,
 Quodq; animi fuerat, corporis esse malum.
 Iam mihi non auro pietas suspendere vestes,
 Comere odoratas nec mihi cura comas.
 Cui nam ego flauentis componam sola capillos?
 Cui studeam cultu sola placere meo?
 Ille mee spectator abest (dij parcite) forme,
 Ille mei cultus gloria solus abest.
 Dux mens infestos furit. indefessus in hostes,
 Audet & intrepida prelia dura manu.
 Ipsa igitur pictis grata spatiabor in umbra
 Vestibus, estiunum suffereret ille canem?
 Ipsa velim festis secura vacare choreis,
 Ille inter primos conferet arma viros?
 Squalida sim potius, sim nullo sordida cultu,
 Aduentumq; mei tristis adusq; ducis.
 Vos modo, bellorum quibus est data summa potestas,
 & qua dij tanto mente fauete duci.
 Pro reduci Eos liceat perfundere odores,
 Crassaque adoratis soluere vota deis.
 Te quoq; cui tanti commissa est sarcina belli,
 Cuius & auspiciis credita summa rei:
 Per si qua est nostræ, mea spes, tibi cura salutis,
 Per vitæ supereft spes tibi si qua meæ:
 Per si qua Italia te tangit cura cadentis;

I S O T T A E V S

Chius nunc oneri sola columna subes:
Parce precor saeo propius te eredere Marti,
Commissus & fortis conservisse manus.
Me miseram horrefeo repetens que nuper Amynthas
Clara tua nobis rettulit acta manu:
Scilicet excessis vidisse in moenibus unum
Mille inter fortis fernere cede viros:
Annulsa demum muri cum parte cadentem
Cum pede conspicuum te violasse caput.
Desine dñe tuis aliena reposcere sceptras,
Desine dñe tuis vincere vulneribus.
Externos tua ne faciat iactura potentes,
Neve tuo quisque sanguine dines eat.
Si bene fortunam, bene si metiris & hostem,
Cum fortunato sunt tua bella duce.
Quem quis bello, quis tu vincis & armis,
Ille unum iniictus te tamen ante fuit:
Inde ducem iniictum, bellatorumque superbium,
Italiae vinci solus in orbe doces.
Magna quidem fateor, sed non est gloria tanti,
Ut subreas animo mille pericla tuo.
Ast ea si certae iam stat sententia menti,
Martius ut cupias horrida bella sequi:
Te retine infestis miscere cohortibus, hostem
Consilijs tantum vincere quere tuis.
Tantum acie compone equites, compone maniplos,
Et peditem cornu sistere coge suo.
Catera parce precor saeo dux inclyte bello:

Sic satis officio feceris ipse tuo.
 Sic tua sic nostram complebit gloria mentem,
 Letaq; sic potero laudibus esse tuis.
 Iamq; vale, & nostros nisi iam contemnis amores,
 Dixe redi, aut nostris vtere consilijs.

P O E T A D. I S O T T A E
A R I M I N E N S I S A L . D.

Si generosa suis confixit pectora telis,
 Et collo adiecit vincula durus amor:
 Si tua forte nonis vruntur pectora curis,
 Sic animi efficitur conditione tui.
 Ignanos nang; ille animos, resideq; repellit
 Improbis, & claris mentibus haret amor.
 Tela tuis igitur dedit aurea clarus ocellis,
 Et merito pedibus mollia vincla tuis.
 Verum à te (fateor) naturæ hand parua benigne,
 Nec minor est summis gratia habenda deis:
 Quid tales sis nacta vices Isotta, tuq;
 Tempore quod tantum contigit esse ducem.
 Qui nisi nunc esset, deerat te dignus amator,
 Parq; suo deerat forma supercilios.
 Nam Malatestarum clarissima gloria gentis
 Sismundus parili iunctus amore tibi est.
 Hunc colis, & solus placidis complectaris vlnis,
 Et tibi perpetua iungitur ille fide.

ISOTTAE VS

Et merito: quis enim Latij h̄c dignioris?

Quis ve inq̄ toto clarior orbe vigeat?

Sen mores, vultus ve ducis, generisq̄ decorum,
Sine sua species fortia facta manu.

Irreprehensa nitet facies, frons lata renidet,
Aspectusq̄ granis, dulcis itemq̄ suo.

Ailde genit, produc̄tq̄ suas, celebreſq̄ triumphos,
Clara quibus semper floruit ista domus,

Sed quid ego veterum radice innitor auorum,
Ac videar virgē fidere forte parum.

Quis nam illo melior, sumptis ve animosior armis?

Quem mihi das bello? quem mihi pace parem?

Consilio Nestor, dextraq̄ est alter Achilles:
Cui bene Romane credita summa rei.

Iure igitur cunctis cum sis prælata puellis,
Ansæ es te tanto credere dina duci.

Ducite felices longis sub amoribus annos,
Et voti compos fiat vterque sui.

ISOTTA ARIMINENSIS D. SIGISMUNDO PANDVLO FO MALATESTAE SAL.P.D.



Te iterum in lacrymas, in dulces ite
querelas,

Ite iterum in blandas carmina me-
sta preces:

Supplicibus votis nostro aspirete labori,
Et medicas ægre ros adhibete manus.

Otia Mars nobis innidit nostra, ferōxq;
 Iam ciet emissis Itala bella Gethis:
 Toruāq; sanguineo fremit heu Bellona flagello,
 Et Iani horrendum iam crepere fores.
 Arma lacerissi Ligures vtricia poscunt,
 Adduāq; obseffis iam fremit amnis aquis:
 Iam Veneti quascunq; audent in prælia vires,
 Exitio Insubrum contribuere ducis.
 Dux igitur tanti subeat qui pondera belli
 Queritur, & Ligures qui theatrū opes:
 Qui Venetos animo thesauros æquet & armis,
 Audeat in tantas impiger ire minas.
 Collato tantos turbet qui marte paratus,
 Impiāq; in turpem vertat & arma fugam.
 Ad te igitur ventum, dux innifissime, cuius
 Iam toto virtus non habet orbe parem.
 Cuius mira nimis bello experientia, cuius
 Bello animus, bello dextra animosa valet.
 Tu tantam in molem, tu tantos solus in usus,
 In tantos lectus solus es orbe duces.
 Tūne peregrinas sine me mens ibis in urbes?
 Atq; utinam quo mens, pes queat ire mens.
 Non sine me fuso ductaueris hoste triumphum:
 Non sine me ornarint laurea ferta comas.
 Nec tamen in video, tantis nec honoribus obfto:
 Dum redeas patrios viator ab hoste lares.
 Non sine me tantis crescat tua gloria rebus,
 Stet modo, que nunc est, inviolata fides.

f.i.

I S O T T A E V S

Stet precor ista fides, stet nostri gratia facti,
Nostra nec externus foedera lœdat amor.
Namq; ferunt illas (sit fama ea vana) puellas
Dulichiam forma sistere posse ratem.
Hei mihi posse etiam tua tangere suspicor illas
Ora, oculis nimium que placuere meis.
Quid non fingit amor? procerum stipante corona
Vixus es anguigerum nuper adire ducem.
Mille videbantur patulis pendere fenestris
Naiades aspectus vrbe sequente tuos:
Mirari haec faciem, dignos & Apolline crines,
He super etatem fortia facta tuam.
Haec solum imperio dignum te dicere tanto,
Tecum vnum instantes frangere posse minas.
Has super acer Amor fuerat deus usq; secutus,
Lynce pharetratum cui stat vtrungq; latus.
Telâq; nunc aut has, nunc aut torquebat in illas
Aurea, furtivas matre parante faces.
Heu heu q̄ timeo (quid enim non audet amando
Fœmina? credulitas vana sit ista precor)
Brachia ne charo sua det temeraria collo,
Et petat amplexus illa vel illa tuos.
Ah potius dire soluant mea filia sorores,
Et sint Hyrcane nostra sepulchra feræ:
Q̄ tantis miseranda malis, tantoq; labori,
Nostrâve tot lachrymis vita superstes eut.
Quod te per superos oro, per si qua relictæ
Te tangit pietas, cura, fides ve mei:

Per gemitus nostros oro, lachrymásq; perennes,
 Scripta quibus multis illita nostra vides:
 Ne patiare animam hanc tanto sanguere dolore,
 Né ve nonus vita sit mibi finis amor.

Que tua sunt tueare precor, nam nostra periclo
 Vita & libertas iam peritura tuo est.

Corpus, honos, animus, libertas, vita, pudorq;
 Cessere arbitrio mortisq; salusq; tuo.

Nil mibi iam proprium, nil iam commune reliquias
 Preterq; fidei pignora, spemq; tui.

Cetera solus habes: memori quæ pectore serues,
 Omnia perpetua quæ tueare fide.

**POETA D.SIGISMVN
 DO PANDVLFO, AC DIVAE
 ISOTTAE PRINCIPIBVS.**



Vos amor atq; fides iam pridem innxit
 amantes,
 Carminibus duxi dissoluisse nefas.
 Signo igitur viset vos littera nostra sub
 uno,

Littera communis missa duobus erit.

Vestra nec exemplo reddatur epistola tali,
 Scripta sit vt geminis unica nominibus.

Nam mibi quod placuit, vobis non conuenit: unus
 Quero quod hand apte reddat vterq; simul.
 Quod mihi si iussi iam vestro enigmata rerum
 f.ij.

ISOTTAEVS

Contigit, & dubios explicuisse locosse
Si tentata viris potius q̄ cognita doctis,
Sepe mihi à vobis differuisse datum est:
Cur mibi non liceat pauca hęc sperare vicissim,
Verbaq̄ quæsitis officiosa meis?
Non ego naturæ causas exquirō latentes,
Nec cupio ætherei sydera scire poli.
Non que spes tandem nobis tellure sub alta est,
Lumine vel cassi quod teneamus iter.
Sed cum vos parili coniunctos semper amore,
I'nḡ vicem norim vos coluisse fide:
Scire velim primum, vestri quis primus amorem.
Mouit, & ista fides cœperit unde prius.
Sismundi ne tibi sit plus obnoxia virtus,
Gloria q̄ contrā, q̄ tua fama sibi.

ISOTTA ARIMINENSIS POETÆ SALVTEM D.



Esterna dum luce nouis spatiarer in
hortis,
Quos patria princeps sep̄sit ab ur-
be mens:
I'nḡ vicem pro more fidem quere-
remur amantum,
Falsaq̄ consueta iurgia nequitia:
Ecce autem nobis (nihil opportunius illis)
Redduntur tabulæ die poëta tue.

Vnus ad vnanimes cum fœnore scribis amantes
 Nam mensura dati queritur inde duplex.
 Abs te quippe simus data nuper epistola nobis,
 In reditu comites attrahet vna duas.
 Nostra prior veniet: nam prima laceror, & ipsa
 Natura hic sexus dicitur esse loquax.
 Nostri igitur causam primum scitari amoris,
 Tanta fides demum cœperit unde prius.
 Hoc poteras quamvis vel me tu scire tacente,
 Dum tamen hac paucis eloquar, ipse vaca.
 Vix utero fueram vitales missa sub auras,
 In matris funus lata puella mea:
 Parvula cum parvum, poteram qua mente, colebam:
 Inq[ue]s meo solus pectore semper erat.
 Paulatim ingenio, mox & crescentibus annis,
 Cum nostro semper tempore crevit amor.
 Iam mihi tunc faciem, flauosq[ue] ornare capillos,
 Et mihi sola fuit cura placere sibi.
 Protinus accessit plenis maturius annis
 Iudicium, & flammæ tunc patuere mea.
 Tunc penitus caluere animi: tunc pectore toto
 Exarsi, & cecis ignibus vsta fui.
 Ille vel auratas si moliretur habenas,
 Spumanti exultans ille placebat equo.
 Ille vel aduersis occurreret aureus hastis,
 Iudicio cunctis præstítit ille meo.
 Illa (quid inficier) facies me perdidit, estq[ue]
 Plus oculos equo sape morata meos.

f.iii.

I S O T T A E V S

Nec minus & generis decus, & sua maxima virtus,
Famāq̄ iam mentem mouerat antē meam.
Ille meas contrā præsenserat improbus ignes:
Quis queat Idaliam dissimulare facem?
Mutua certatim sic cœpit pestis utrinq̄,
Mutua sic finem non habitura fides.
Iamq̄ Iolen, Thyssen, iam fama tacebit Elyssam,
Et si quas-atas extulit illa prior.
Plura igitur tanto debere fatebor amanti,
Q̄z contra merito debeat ille mihi.
Officio nam parta suo est mihi fama perennis,
Factāq̄ sum celebris carmine sola suo.
Cūmq̄ forent animo multe formāq̄ puellæ,
Que possent magnos nempe mouere deos:
Sola tamen semper placui sibi, solaq̄ cultu,
Dignāq̄ delicijs sum sibi visa suis.
Quinetiam vultus liquido deduxit electro,
Et struxit cineri vana sepulchra meo.
Scilicet ut veri sic munus obiret amantis,
Et tibi posteritas mortua nra foret

SIGISMUNDVS PAN-
DVLFVS MALATESTA
POETAE SALV-
TEM DICIT.



Eddita nuper erant tua nobis carmina,
sensi
Te simus ingenium sollicitare meum.
Nam quod scire cupis, nullus iam nescit,
& olim
Certior ardoris factus es ipse mei.
Sed quoniam sic ipse petis, sic sedulus instas,
Ut cogar precibus moriger esse tuis:
Nota quidem fabor, sed non indigna relatu,
Gratāq; plus animo mox repetita mea.
Moribus ipsa meum diuinis mouit amorem
Isotta, & rapuit me in sua vota prior.
Quem super etatem probitas seruauit & auxit,
Formāq; cum longa non reprehensa fide.
Nondum maturis etas adoleuerat annis,
Lanugōne presserat vlla genas:
Illam ego cum toto complectens pectore dixi,
Sola quies nostræ, curāq; mentis eris.
Nam licet & teneris tunc esset inutilis annis,
Indole vel magnas præsttit illa deas:
Dulichiamq; suo potuit sermone carinam
Sistere, & iratum conciliare Iouem.
Lumina cūmq; forent celestibus emula flammis,
Et qñuis essent dulcia, casta tamen.

f.iiiij.

I S O T T A E V S

Ergo illi tota iam tum me mente dicam,
Et statui votis vivere velle suis.
Nec spes vana fuit, siquidem crescentibus annis
Admisit nostras officiosa preces.
Moxq; puellarum dulces gratissima curas
Equivocauit parisi semper amore meas.
Ac sic ex animis facta est mens una duobus,
Mutuap; ex illo tempore facta fides.
Est igitur mea sors plus illi obnoxia: primum,
Quod vice me dignum duxerit esse sua.
Cumq; forent multi specie regnq; potentes,
Atq; mihi generis conditione pares:
Vna sed Ausonijs forma foret inclita terris,
Vna quidem multis sollicitata procis:
Me tamen è multis delegit amantibus unum,
In cuius se se traderet illa fidem.
Ergo ego cum tantos inter sim primus amantes,
Iudicio felix factus & ipse suo:
Debeo plura sibi. nam quod natura negabat
Perficere in nobis, est ausus amor.
Namq; meum ingenuas animum traduxit ad artes,
Et mea Castalijs ora rigauit aquis.
Carminis hinc primū, cithare hinc mihi cognitus vesus,
Hinc mihi cristati nobile Martis opus.
Ausus enim quoties sum clausum inenibus hostem
Comminus intrepida sollicitare manu:
Hostiles quoties ausus turbare cohortes,
Sum ratus Isotta posse placere mee.

Sic dens audacem cursusq; animoq; puellam
 Hippomeni optato iunxit & ille thoro.
 Troisque pius fortis animosior ibat in hostes,
 Cederet ut votis regia nata suis.
 Nostra igitur (siqua est) illi est obnoxia virtus,
 Pendet & à meritis laus mea tota suis.
 Illa mihi ingenium, vires, animumq; creavit:
 Et dedit in raris nomen habere meum.
 Ex paucis igitur tu collige plura, nec ausis
 In dubium posthac reddere nota palam.

POETA D. ISOTTAE ARIMINENSI SAL. D.

 Nelyta diva Italica decus, & nona gloria
 rebus,
 Patre Ione, & patria diva puella polo,
 Sola puellarum fortunatissima, nostri
 Unica blanditiae, deliciaeque ducis:
 Non patiar mea diva (tua modo carmina forma
 Duxeris, & tanto digna supercilio.)
 Non ego Arimineae patiar tua nomina terre
 Limite, & Adriacis delituisse vadis.
 Et mea sit Gallo quamvis longeque Tibullo,
 Pelegnaeque impar sit mea musa lyræ:
 Non Isotta tamen Nemesi, non nostra Corynne,
 Non cedet fama blanda Lycori tibi.
 Nam Malatestarum dum stabit nobile regnum,

ISOTTAEVS

Cum Sigismundo mecum ipsa legere superstes,
Postq; obitum vires cum duce dina tuo.
Quid iuvat in liquido vultus deducere electro?
Vivaciq; oculos promere in ære tuos?
Nuper enim vidi similes in imagine vultus,
Quos mira princeps fecerat arte tuos.
Adde animam, poterant equare per omnia veros:
Tantum humana ausa est explicuisse manus.
Nec tamen arguerim si quidem gratissimus heros
Laudibus & famæ consulat usque tunc.
Namq; tuam quantum probat & colit ille figuram,
Iudicium tantum iam probat ille suum.
Non tamen hæc mores, animum ve laquetur imago:
Tantaq; erit facies dotibus orba suis.
Vinit amans Dido: superest Lucretia fame:
Fama viget Thomiris, sed tamen ære caret.
Sed vigil ijs vatum labor, & sua splendida lans est,
& ternum faciens nomen in orbe suum.
Ingenium sic nulla tuum, iam nulla tacobunt
Secula, nulla fidem cum probitate tuam.
Iam solam priscis quam conferat emula rebus
Te nostro inueniet tempore posteritas.
Una te Latium iam se iactabit alumna:
Plus dabis huic laudis, quam dedit ante tibi.
Sed quod in ære nites, quod nostris multa libellis
Scriberis, est nostri cura fidesque ducis.
Vine igitur fati secura Isotta, diuq;
Et memor & tanti grata puella boni.

SIGISMVNDS PAN-
DVLFVS MALATESTA DIVAE
ISOTTAE ARIMINENSI.



Vis neget euentus portendere somnis
 veros?

Preficia vētrū quis neget illa malis?
 Quis sine processu neget apparere
 maligno

Luctiferos nocte concubia Lemures?

Languida nam nuper dederam mea membra quieti,
 Cum latē somno corpora fessa silent:

Iāmq̄ emensa suum cursu breviore laborem,
 Luna reuertentem fugerat alba diem.

Ecce mihi visa est fusis astare capillis

Lividā, vix tollens lumina tristis humo:

Discolor & nulli credenda Isotta, sed egra:

Et quamvis essem pallida, pulchra tamen:

Et prior ō dixti charæ succurre puelle,

O' vite princeps maxima cura meæ.

Protinus exurgo turbatus pectore toto,

Nam facile credit, quæ timet, omnis amans.

Admitto lucem (iam lux erat orta) fenestrīs:

Hei mihi non solitis lux erat illa modis.

Caligōq̄ polum, totūq̄ obsederat orbem:

Sol erat, ut dubites lunāne sōlne foret.

Nec facer horrendo compescit omine vocem

ISOTTAE VS

Presagam tanti coruus ab arce malis.
Vix erat instantis pars sexta exacta die, cum
Tristis adest clavis nuntius ecce meæ:
Et vix hec nobis lachrymis expressit obortis,
In dubio vita penè puella tua est.
Febris enim vicibus moribundam torquet amaris,
Scilicet & toto pectore flamma furit.
Quid poterat dempta mihi tristius addere morte?
Mors etiam potuit fells habere minus.
Heu heu quos gemitus, heu quæ suspiria nobis,
Heu quos singultus attulit illa dies!
Quid facerem? pacto poteram te visere nullo:
Nec poteram vultus ire videre tuos.
Regis enim Alphonsi felicia dum sequor arma,
Non potui patriæ regna videre meæ.
Et quoniam (nisi fallor) erit mihi tardior istuc
Accessus, fungar, qua datur, eger ope.
Absentem pro me te viset epistola saltem,
Littera sermonis nuntia fida mei.
Quod iam (si qua meæ spes est tibi certa salutis)
Te precor ô, si quid te benefacta innant,
Restitui prime cura te Isotta saluti:
Effice quo valeas, chara puella rogo.
Itala ne tanta tellus priuetur alumna,
Cuius non habuit, non habet illa parem.
Neu communie decus float omnis Isauria, néve
Vrbis Arimineæ gloria tanta ruat.
Tu quoque, cui medicas inuidit Inppiter artes,

De sexto matris ventre renuisse puer,
Ipse fane, & nostræ tandem succurre puellæ:
Tùq; abbibe medicas, Phœbe superbe, manus.

I S O T T A A R I M I N E N S I S R E G I E T D I V O S V O S I G I S M V N D O P A N D V L F O M A L A T E S T A E S A L . D .

 *Vper ab Hadriacis mibi venit epistola
terris,
Accelerata tua rex animose manus.
Qua tua cognoui quātū presentia posset
Reddere, cum scriptis libera penè fui.
Vesper erat, primāq; furens à luce misellam
Febris ad extreمام torserat usque diem:
Ecce tue nobis redundunt fortè tabellæ,
Nec quisquam gnarus unde darentur erat.
Crudeles dini, qui me seruastis amantem,
Linquerer ut patrio sola relicta lari:
Aut mihi, quod charo genitori triste dedistis:
Aut date magnanimum sepe videre ducem.
Ille animos poterit miseræ lenire dolentis,
Ille facit curas solus abire meas.
Reddite (si vultis tantos abolere dolores)
Sigismundas diiqz deceqz genas.
Quod si fata negant, sequar ipsum morte parentem,
Quilibet uttonitam morte perire innat.
At potius mea spes animi non irrita nostri,
Sigismunde meum tempus in omne decus.
Isotte miserere tuae, que te optime rerum
Sospite (crede mihi) sospita semper erit.
Tu mihi pro solita tantum pietate rependis,
Vt possim chari non meminisse patris.
Tantum amor ille tuus, tantum tua facta benigna,
Atqz fides animi pignora prima tui:
Tantum etiam virtus tua me mouet, o noua semper
Gloria, in eternos non peritura dies.
Famagqz iam totum que sit ventura per orbem,

Et noua Mæonia bella canenda tuba.
 Quantus Eryx superat nubes, & Pelion ingens,
 Aut qui verticibus sydera torquet Atlas,
 Qui celo caput, atq; pedes tellure recondit,
 Horrida cui gelidis barba riget nimibus:
 Tanta tuæ venient olim præconia fame,
 Atque tuum nomen quisq; poëta canet.

LIBRI SECUNDI FINIS.


**ISOTTAEVS LIBER
TERTIVS.**

**ISOTTA ARIMINEN. DIVO SI-
GISM. PAND. MALATESTAE.**



Ollia floriferi redeunt iam
 tempora veris,
 Solnitur & liquida candida
 bruma nire.
 Pullulat omnis ager, certant
 in germina vites,
 Effunditq; suas quilibet
 arbor opes.

Et passim gelidi laxant sua flumina fontes,
 Et inga caniciem deposuere suam.
 Omnia letantur, resonant dumeta volucres,
 Atque suum queritur Cecropis ales Itim.

i.j.

I S O T T A E V S

Iamq; rosis, hederâq; comas redimita iuuentus
Visit odoratas annus pompa viae.
Mollia iam violis noctens vaccinia vernis
Donat amatori queq; puella suo.
Sola ego non volucres sensi, Zephyroq; te pentis,
Non gratam verni temporis ipsa moram.
Nulla ego diuinis persolui munera templis,
Nulla ego amatori florea ferta meo.
Sed lachrymis implere sinus, sed plangere pectus,
Sed madidas fas est vngue notare genas.
Nam duce quæ possim charo mibi tristis adempto
Gaudia, quos mœsta fingere mente iocos?
Tu nostros tecum risus, tu gaudia solus,
Vèrq; meum tecum rex animose rapis.
Ah ferus, & nimium teneris ferus ille puellis,
Qui assuevit Latias primus ad arma manus.
Perpetuis certè dignissimus ille catenis,
Aut cadere iuenta dignus ab arte fuit.
Primus hic humano violauit sanguine leges,
Et vi tentauit, quod rationis erat.
Tum primum posito signata est limite tellus,
Protinus & duris sollicitata viris.
Queq; videbantur vix cognita piscibus ante,
Mox freta sunt cupidis pernia facta viris.
Tunc etiam validis armate mœnibus urbes,
Discordesq; nimis in fera bella manus.
Hinc mibi tu regum clarissime nuper ademptus,
Et lachrymæ, & gemitus venit abinde meus.

Nanq^z laceffitus peregrinis nuper ab armis.
 Occlusisque tuam flagitat Arnis opem,
 Impiger ipse volas, volucri nec segnior aura,
 Effugis amplexus rex generose meos.
 Non te noster amor, non te mea mouit imago,
 Quia possent, videant, illachrymare feræ.
 Hei mibi qualis eram cum te moribunda viderem,
 Ut strueres fortis mox abiturus equos.
 Nam galeas comis hi nobilitate suberbis,
 Hi faleras, chypos hi renouare canos.
 Hinc alijs patulis tentoria tendere velis,
 Secura æstium mox subitura canem.
 Telaq^z barbaricum noua mox hanusra cruorem
 Diversis alij pingere imaginibus.
 Tu vigil instabas operi, rebusque superbiss:
 Mente, oculis presens rebus ubique tuis.
 Iussa dies aderat mihi te raptura supremum,
 Sollicitumq^z moræ, quæ tibi turpis erat:
 Et tuba iam lato discreuerat agmina campo:
 Hinc pedes, atq^z illinc splendidus ibat eques:
 Tum memini nostro neftens pia brachia collo
 Et lachrymans dixti chara puella vale.
 Nil nisi singultus potui tibi reddere: sed mens
 Sis felix inquit, sis memor usque mei.
 Inter mille viros fueras spectabilis unus,
 Inter ut ipse suos maximus Hector erat.
 Et bene si vidi, bene si tua colla notau,
 In vulnus noni sepe reflexa meos.

i.ij.

I S O T T A E V S

Non asiter sedunt fugientis spicula Parthi,
Lumina q̄ tua tunc peccus iniqua meum.
Iamq; acies nostros effugerat omnis ocellos,
Quodq; videretur nil nisi pulsus erat.
Tunc gemitus cœpere mel, tunc corpore toto
Collapsam famulæ sustinere meæ.
O' dolor, ô rebus fortuna inimica secundis,
Quām cito quod dederas, sponte proterna rapis.
Ergo ut opem ferres populis animosus Etruscis,
Sum tibi cum patria sola relicta tua.
Emula plus tandem superandi gloria Gothi,
Qz lachrymæ, gemitus q̄ valuere mel.
Scilicet assuetam sperasti posse dolorem:
Et desyderium mitius usque pati.
Nam didici primus hoc unum semper ab annis,
Absentem frustra sæpe relicta queri.
Vix bene me noras, ego te, cum parvula primum
Militiae sensi serpere damna tue.
Picenum memini tunc rex vastabat opimum,
Sfortiadumq; amplias marte premebat opes:
Et desperatis cœcebant undiq; rebus
Sfortiadæ, spes his sola superstes eras.
Me, patriam, natōfq; & charas deseris urbes.
Et socero auxilio dñe futurus abis.
Ille etiam populis quondam stupor omnibus unus,
Quo Perusina diu terra superba fuit.
Romanas acies dux Piceninus agebat,
In socii, & cladem protinus ille tuam.

Impune hunc fama elatum, rebusq; secundis
 Ansus erat nema sollicitare prius.
 Ansus es unus & hic tantis occurrere factis,
 Parq; animo tanto, par quoq; marte duci.
 Te duce nunc etiam montisque cacumina Lauri,
 Sanguineq; hostili Scarpacis ora tubet.
 Vix bene Piceno sedatis margine rebus,
 Inq; vicem cæsis vix bene fœderibus,
 Ecce antem Venetos Anglum vexare Philippum,
 Et tentare aditus, nuntia fama refert.
 Illuc accinetus labentem fulcis amicum,
 Et mira tantas comprimis arte minas.
 Hoc demum tantis restabat dñe periclis,
 Hoc gestis unum rex animose tuis:
 Solus ut anderes populos iniicitus Etruscos
 Fulcire, & tantos deseruisse lares.
 Iam quoties bello populos fortuna lacesset,
 Herculeum quoties terra parabit opus:
 Ad te perfugient reges, populiq; potentes:
 Sic iam perfidie publicus vltor eris.
 Nulla reor tandem sine te iam bella gerentur,
 Auxilio dabitur vincere cuiq; tuo.
 Amphitryoniades per mille pericula tandem
 Ad superos perstans sic sibi stranit iter.
 Ille tibi Euristens oriatur, & altera Iuno,
 Imperijs quorum non adeunda petas.
 Ista quod inomite si stat sententia menti,
 Eternum ut cupias Martia bella sequi:

I S O T T A E V S

Quin potius sumptis imitabor Amazonas armis,
Et tua peltato pectore signa sequar.
Scilicet ut quondam medijs in milibus ardens
Præstabat fortes Penthesilea viros.
Nec cecidit bello non ultra Camilla Latino:
Et plures, quarum nomina multa legis.
Cur ego ab exemplis ausim non prælia tantis?
Te mihi quid verear bella subire duce?
Nec duce te horrescam torpentis frigora brume,
Nec fugiam Icarij signa proterua canis.
Quod si bella geri placeat rex magne tibi vni,
Et sine me fortis vincere marte viros:
Parce precor certis propius te offerre periclis,
Tempore tum moneo quære redire breui.

D I V O SIGISMVND
P A N D U L F O P O E T A S C R I B I T .



Vscis Apollineas inter mihi summa ca-
mænas
Calliope nostrum tempus in omne de-
cūs,
Támne dum taceas Pandulphi maxima regis
Prælia, magnarum splendida facta ducis?
Qui nunc Barbaricos Italos è finibus hostes
Expulit, ò magna bella canenda lyra!
Sigismunde igitur nunquam tua facta tacebo,
Italie seruas qui pia regna tua.

Maxima magnanimi quis enim tacuissest Achillis
 Bella? vel insanus dulcis Homere fores.
 Hannibalem quis non cithara cantaret eburna?
 Aut cui grande decus iam sua Troia fuit?
 Scipiadas duros ingratus inane iacentis
 Corpus in occulto quis finit esse solo?
 Tene igitur sileant nostre fortissime muse,
 Cum superet priscos iam tua fama viros?
 Qui regem, & socios captis decidere terris
 Fecisti, o tantis optime consilijs.
 Venerat Ausonias etenim rex Barbarus oras,
 Cui tantos animos septima regna dabant:
 Antiquas gentes, Etruscāq; mœnia tentans,
 Atq; Fluenteras terruit ille domos.
 Nec mora longa, iubes fulvis circundatus armis
 Tutari Hesperiam, maxima regna, tuam
 Undiq; miles adest, primus tamen ipse frementes
 Cogis equos, princeps ipse reposcis equos.
 Te procul ut vidit tumulo rex unus ab alto,
 Ingemit: it gelidus tarda per ossa tremor.
 Sigismundus erat summis in montibus, unde
 Spectabat liquidi littora lata maris:
 Tum dulcis colles, iocunda cacumina cessi
 Montis, Arimineis qualiter antē ingis.
 Et similis facies cunctorum vera locorum,
 Qualis & in patrio visa erat antē solo.
 Ipsa videbatur patriæ retinentis imago,
 Certa ducem ad patrios velle vocare lares:

i. iiiij.

I S O T T A E V S

Atque loci similis tanto permotus amore,
Tum meminit dominæ forsitan ille sue.
Illa quidem patria fuerat dimissa relicta,
Pulchrius in toto qua nihil orbe fuit.
Ille recordatus teneræ, charæq; puellæ:
Susppirans fortè constitit acer equo.
Atq; ita paucæ prius de se Pandulphius heros
Questus, quod dominam liquerat ille suam.
Quid modo si quis(ait) raperet mibi Barbarus illam,
Rapta erat ut Phrygio Tyndaris ipsa viro?
Quæ quia perpeterer non his Alphonsus ab oris
Duceret ad patrias premia tanta domos.
Spes tamen in dubio est, Ethruscæq; mœnia tentat,
Et pauor Ausonios occupat vñq; viros:
Si capit Italiam(omnipotens quod vertat in auras
Iuppiter) Ausonios non feret ille duces.
Barbara gens etenim nunq; fuit vlla Latini
Nominis, & nostræ gentis amica diu.
Sed neq; vincemur: neq; enim gens Itala vinci
Nouit adhuc: neq; enim Barbara tela timet.
Exemplōne prior venies Alphonse futuris
Gentibus, Italiae nequis in arma ruat?
Hannibalem magnum patrias renocavit ad oras
Scipiades, patriæ gloria tanta sue:
Et fertur magnus Gallos stranisse Camillus,
Signaq; de medijs hostibus ille tulit.
Ast ego postremos fundam Pandulfus Iberos,
Et veniam patriæ gloria magna meæ.

Talia magnanimus fatur Pandulphius heros,
 Omnia mente mouens, cuncta futura putans.
 Ilua fuit contrà terra est antiqua, trecentos
 Subsidio Troiae miserat illa viros,
 Cum ferus Iliacos terrebat milite muros
 Turnus, & audaci moenia prima manu:
 Insula fulmineis graniter que fœta metallis
 Despicit equoreas vertice montis aquas.
 Hic ubi visa loci facies aptissima pugna,
 Congreditur forti milite prima manus.
 Sigismundus eò cunctis pre nullibus vnuis
 Ibat inaurati tergore vectus equi.
 Castora magnanimum sumptis imitatus habenis:
 Quiq; deo fuerat Cyllarus, ille viro.
 Qualis ubi ad bellum veniens Mars inclitus armis
 Praelia cerulea Pallade stante gerit.
 Talis ubi agnouit punitantes maximus heros,
 Fertur in aduersos frena tulisse viros.
 Geryonemq; celer piëtis qui stabat in armis,
 Horridus audaci delicit aëtus equo.
 Hastaq; sanguinea transfixit cuspide pectus,
 Armäq; puluere vasta ruere solo.
 Ingenuere omnes, lachrymasq; dedere secuti:
 Natus erat priscis maximus ille viris.
 Antiphaténq; volans, quo non velocior alter,
 Occupat, & duro dividit ense caput.
 Talia magnanimus primo certamina campo
 Sigismundus agit, bella cruenta gerens.

I S O T T A E V S

Mars erat ante virum flava comitante Minerva,
Et Venus audaci candida iuncta deo.
Alma Venus mentem chare meminisse puella
Prima dedit, peploq; attigit ora sacro:
Ambrosiumq; animo miranti fudit odorem
Illiū, & corām talia verba tulit:
Magnanime, heroum fortissime, nam quis adire
Italiam sēuos perferet usque viros?
Rapturos domināmq; tuam, facileſq; Latinas:
Barbara gens etenim talia bella gerit.
Vade age, tolle moras, magne serua inclita Roma
Mœnia, serua Italos regna superba tuos.
Talibus illa virum dictis incendit ad arma,
Mars quoq; terribili fatur & ipse sono:
Sigismunde viros inter fortissime primos,
Nunc inbeo chari te meminisse patris.
Ille quidem magni vel cœsaris arma referre,
Hectoris aut potuit maxima bella pati.
Talis ego adiutor fueram (vir magne) parenti
Pandulpho, docui quem deus arma sequi.
Numine sub nostro populos, urbēſq; subegit.
Nunc ut ei fueram, iam tibi fidus ero.
Talibus incensus dictis, Martisq; fauore,
Cœpit in aduersos acrius ire viros.
Præcipitansq; moras regem petit ecce superbūm,
Turbat & armatos Marte sequente viros.
Viderat aduerso venientem littore primus
Barbarus, & nigram conspicit ille ratem:

*Imperitatis trahant spumosa ad littora puppem,
Ocyus & celeris adiunet aura vias.*

*Nec mora, conscendit paucis comitantibus illam,
Ceruleasq; secat turbine vetus aquas.*

*Cetera turba fugit, capitur pars maxima: captos
Sigismundus agit maximus ante duces.*

*Magne triumphe veni, iam vicimus, vndiq; miles
Clamat io, magnos vicimus ecce viros.*

*Sigismunde decus Latiarum, & gloria rerum,
Dent tibi Nestoreos dij; q; deaeq; dies.*

*Vt Malatesta prior veterum decus omne virorum
Vt superes generis maxima facta tui.*

*Talia militibus celebrantur, & Itala gens te
Laudat, & Italie te iubet esse ducem:*

*Imperiumq; tibi miro dignantur honore,
Italie ferues quo pia regna tuae.*

*Iamq; vale princeps nostrae spes maxima fame,
Pieridum custos, Pieridumq; pater.*

SIGISMUNDVS PAN- DVLFVS V ATI SVO SALVTEM.



*Rata mihi patrijs venit modo littera
terris,*

*Littera que laudes cōcinit usq; meas:
Grata mihi ante alios scribis quaecumq;*

poëta

Clare, nec ullius carmina grata magis.

I S O T T A E V S

Tardus ad hec tamen es nimis, raroq; locatis
Nobiscum:ò longas deme poeta moras.
Aut me longa tenent hic tedia temporis aeti,
Quod tua reddatur littera nulla mihi:
Quod tua non loquitur praeulus epistola mecum,
Tempore quod tanto scilicet ipse taces.
Aut me sollicitat timor hic, quod negligis illum,
Qui colit & Musas, Pieridumq; choros.
Scribe igitur vates, curas mihi deme molestas,
Sepe (precor) curis iamq; medere meis.
Orpheus sepe ferunt laudes cecinisse iubenti
Alcidæ, & magnis carmina grata procis.
Nec minus auratam petijisse per equora pellem
Heroas vates ille secutus erat.
Dorsa super rapidi maris horrida latior ibat
Cæruleas scindens Thessala puppis aquas.
Ille inter fremitusq; maris, fluctusq; sonantis
Cantabat laudes Calliopea tuas.
Illum etiam liquidis sensit Neptunus in vndis,
Spumosisq; natans cœrulea Doris aquis.
Ille ratem scopulos, & mille per aua traxit,
Pérq; tuum viator vasta Carybdi fretum.
Carmine Scylla tacens canibus caruisse marinis
Creditur, & nullam corripuisse ratem.
Esonides illum gelidis miratus in vndis,
Credidit Ismarios numen habere deos.
O quoties Medea virum mirata canentem,
Carminibus stupuit barbara capta nonis!

O quoties magicos voluisset perdere cantus,
 Et magis Orpheæ plectra ciere lyra!
 Dona reor dinum, quæcumq; habuere poeta
 Munera, vel vates barbara turba colit.
Quare age scribe libens, ut dulcia carmina nobis
 Solentur rigidi iam grane Martis opus.
 Vera mibi nimium cecinisti nuper, ut olim
 Monisset vires terra paterna meas.
 Ilua quidem similis nostris fuit optima terris,
 Et similes colles, & iuga summa lugis.
 Et mare ceruleum liquidis quod verberat undis,
 Marmora littoreis spuma facta vadis.
 Omnia Arimineis poteram componere terris,
 Sine velim pelagus, littora sine velim.
 V'tq; recordabar tenera, charæq; puelle,
 Que fuerat patrio sola relicta solo:
 Vera canis (fateor) quid enim meminisse pigebit
 Illi⁹, eternum que decus una mih⁹ est?
 Illa animos, virēsq; mih⁹, roburq; ministrat:
 Gloriaq; hec nostri magna laboris erit.
 Non ego Barbaricas fudissem in littore gentes,
 Nec tantas paruo milite regis opes:
 Ni mea lux animos subiisset, & unica nostras
 Gloria, quam propter Martia bella gero.
 Nec mirum, propter si quis pugnarit amorem:
 Victor erit, Marti si fauet ipsa Venus.
 Ipsa Venus docuit durum mansuescere fratrem,
 Illi⁹ auspicijs pectora turbat Amor.

I S O T T A E V S

Illa fores aperit clausas, & simiha amanti,
Blanditiisq; monet callida dina nouas.
Illa Parin Graias vietrix deduxit ad urbes,
Cerneret ut vultus Tyndari bella tuos.
Illa Helenen docuit cupido concedere amanti
Troiano, & cantis verba tacere notis.
Omnia que melius faciunt, q; scribere amantes
Norunt, q; placidis facta referre modis.
At te si qua mei iam gratia tangit amoris,
Scribe tuo vates carmina grata duci.
Quod si sepe tui reddatur epistola nobis,
Non subeant animo's tedia longa meas.
Sola nec ipsa dies superare videbitur annum
Perpetuum, ut nunc est cura molesta mibi.
Quam solum placidis possum deponere musis,
Quas de Castilio vertice solus agis.
Cantus agit placidam dulci modulamine mentem,
Cantus agit segetes, vipereumq; genus.
Pisce super curvo veltus cantabat Arion,
Dedalus in clausa carmina turre dabat.
Inter & errores varios cantabat Ulysses,
Et moriens tremulo gutture cantat olor.
Omnia carminibus prisci cecinisse feruntur,
Illa fuit primis gloria temporibus.
Vera tuo nobis versu memoranda dedisti
Omnia, quæ vates littera missa tulit.
Scribis enim quianam charæ meminisse puelle.
Dicar, & ut vires innerit illa meas.

Tantum amor & pietas, tantum noua gaudia possunt;
 Atq[ue] fides, manes que renocare potest.
 Piramus ut vidit labenti lumine Thyssen,
 Substulit ad cupidas lumina fessa genas.
 Sic ego cum memini domine inter martia nostre
 Praesia, ab infernis sum renocatus aquis.
 Si memini faciem, faciem vidisse innat me:
 Si subeunt crines, gaudia nostra coma est.
 Deniq[ue] si teneros lactans Isotta lacertos
 Monit, habent animos brachia mota meos.
 Sin oculos flexit, frontemq[ue] modesta decorans,
 Vror(io)flamas tolle puella graues.
 Tolle faces Isotta nouas, Isotta furores
 Deme, meis quoq[ue] parce puella animis.
 Non medicaminibus, non succo pendet amaro
 Tracta cutis, non te falsa medela innat.
 Tali eras primum, cum te vidisse recordor,
 Qualis es ad multos ausa manere dies.
 Munera(crede mihi) tibi sunt diuina tributa,
 Quis licet eternum non perisse decus.
 Aurea cui dederit diuina potentia dona,
 Persephone excusis auferet una rogis.
 Sed tamen heu timeo ne quid tibi fata minentur,
 Inscia nescio quid mens mihi triste dedit.
 Nescio quid media vidi mihi nocte parari,
 Somnia sunt animis dira volunta meis.

I S O T T A E V S .

S I G I S M V N D V S P A N -
D V L F V S M A L A T E S T A
D I V A E I S O T T A E
S A L V T E M D .



Vg modo visa meam tentarunt gaudia
mentem,
Perlege dina nonis irtita vota locis.
Námqz ego magnanimo remeabam vi-
Etor ab hoste,
Nuper vbi Etruscis murmurat vnda vadis.
Obvia vis hominum, iuuenium manus, atqz puelle,
Ante oculos steterant milia multa meos:
Pērqz vias omnis cuneos fecere frequentes,
Et crebris studio se statuere locis.
Atqz inter tantos propero dum intrare tumultus,
A tergo postqz porta relicta meo:
Sublatis acies nostri suspexit ocellis
Nescio quas niaeas corde paudente genas.
Nanqz videbatur facies tua dina fenestris
Stare, triumphantes & numerare duces,
Idem habitus, eadem facies, & vultus eodem
Lumine, colla noua candidiora niae,
Orāqz purpurei nimium formosa labellis,
Et nitor in solido corpore verus erat.
Obstupui, atqz illam fore te mea vita putavi,
Corripuitqz meas pallor vtrinqz genas.

Vsq; adeo alternat cupidus densus acer amantes,
 Deq; triumphanti sepe triumphat Amor.
 Obstupuere ducem dum me comitantur, ouanti
 Qui modo eram similis, nunc quia modestus eram,
 Elatis mea tum veniebant agmina signis
 Militiae comitum missa multa meæ:
 Magnanimi proceres generosi sanguinis omnes,
 Experti magni Martis in omne decus.
 Quid si non eadē (neq; enim formosior ullus est)
 Esse videbatur, nullaq; talis erat.
 Tale due cupidum faciebant credere cause,
 Me tamen & vultus cernere posse tuos.
 Prima quidem tantos q; tu spectare triumphos,
 Altera quod cuperes me quoq; diua sequi.
 Sancius ut fueram potui tum dicere, vulnus
 Ut leuet omne meum chara puella venit.
 Venerat Asonias quoniam noua fama per urbes:
 Barbaricas nemo fuderat alter opes.
 Conuentusq; novos ex omni parte viseret,
 Et magna populos confluere Italie.
 Virgineiq; chori sacrum Paean canebant,
 Et iuuenes stratis corpora leta vijs.
 Et captis omnis manus illudebat Iberis,
 Qui dederant merito mille trophya mihi.
 Multa manus procerum, multi iuuenesq; senesq;
 Clamabant leta voce triumphe veni.
 Victor io multos vias Pandulphe per annos,
 Vinat & inniceti dextra, fidesq; ducis.

k.j.

ISOTTAEVS

Qui prius ut nostros posset seruare penates:
Sancius, & proprio sanguine victor adest.
Hæc mihi præ cunctis populi cecinistis Etrusci,
Altus in auratis ipse ferebar equis.
Sed nec pompa mihi, præconiâve ullâ placebant,
Multaque que possem facta referre tibi.
Incertusq; animi mecum modo visa voluntas,
Quæ foret illa, prius scire puella velim.
Tum scitans noni quod non Isotta fuissest:
Ingemui, cecidit spesq; animusq; mihi.
Hos Isotta iocos tibi scribere deinde cupui,
Ut noscas qua tum mente puella fui.
Qui modo latuus eram, qui te vidisse putabam,
Frigidior gelidis ipse fui nimibus.
Acer amor tantos potuit mutare calores.
Quam leuis humanis mentibus errat Amor!
Tum dixi, pereat sequitur quicunque triumphos,
Si possit dominam deseruisse suam.
Famane post obitum, cineres, atque ossa innabit?
Quæ cupiunt homines multa nefanda sibi
Vinit dum fas est, teneras & amate puellas:
Hæc una est summi maxima causa boni.
Quis, nisi stultus, eat medios periturus in hostes?
Demens qui proprio sanguine clarus erit.
Vinit dum properant velocis tempora vite:
Vinit, nec cupidos gloria mortis agat.
Non est infernis in sedibus ullâ voluptas,
Omnis in extincto corpore cessat amor.

Non ego nec claris adiuncta trophya triumphis,

Nec cupiam aduersos sternere posse duces.

Mihi satis iratam precibus placare puellam,

Sepius aut domine iurgia ferre meae.

Hic ego bella geram, procul hinc, procul ite triumphi:

Non ego vos propter vos habuisse velim.

Vos propter dominamq; meam, vos propter amorem,

Vos sequor Isotta motus amore meae.

Illa decaus, nomenq; mihi, mea vita datura est:

Hæc me si laudet, certè ego clarus ero.

Penelopen propter vinit scelerosus Ulysses,

Gloria summa tibi est Hippodamia Pelops:

Atlantam proptervinit Calydonius heros,

Vinit & Esonides munere Phasi tuo.

Sic ego amore tui tam dudum nomen habeo,

Quod dudum stabunt sydera fixa polo.

Quare cum mea spes tu sis, mea chara puella,

Respondere iocis incipe dina meis.

Incipe, vulnus erit mihi mitius, unde lacertus

Est granis, & vires abstulit ipse dolor.

Carmine crede tuo tristis de peccatore langor

Excidet: acer amor vulnera sepe lenat

Vulnera doctus amor medicata sepe pharetra

Sanat, & in vulnus cogit abire suum.

6.ij.

ISOTTAEVS
ISOTTA SIGISMVN-
DO PANDVLFO MALATESTAE.



Emis ab Etrusca nuper !mibi nuntius
urbe,
Arnus arenifera quam secat amnis
aqua.

Quae caput est populis Tyrrhene gentis alumnis,
Nobilis & fama terra superba tua.

Hic mihi tam cupide tua carmina reddere iussus,
Reddidit atq; iocos rex animose tuos.

Reddidit illa animos mihi epistola sola:nec vñq;
Latior in patria sola relicta fui.

Nam postq; fueras tu saucius, ipsa reliqui
Et mentem, & sensus pallida facta meos.

Quinetiam narras tantam cum intraueris urbem,
Vidisse ambrofias corde paudente genas:

Quae mihi erat similis placitam vidisse puellam,
Quae tenuit vultus sola puella tuos.

Vellem equidem princeps istic ea quippe fuisse,
Neu miris vtinam deciperere madis.

Vidisset pompas, vidisset lata triumphos,
Magnaq; que celebris fama tropaea refert.

Nanq; ferunt postq; Florentia mœnia adisti,
Mille chori iuenum, mille fuere senum:
Mille triumphantem placide videre puelle,
Te quoq; mille duces lata secuta manus.

Cetera ponè cohors: densi venere maniplì,
 Ordine queq; suo iussa venire phalanx.
 Hei mihi q̄ cuperem tot tete in milibus vnum
 Præstantem ante alios cernere posse duces.
 Nam mihi dent veniam cuncti quicunq; fuere,
 Maiestas fertur sola fuisse tui.
 Tanta tibi vultus granitas, & regia cultu
 Insigni facies, & nitor oris erat.
 Talem commemorant Lycia te Phœbe profectum,
 Matris vbi antiquam Delon adire paras.
 Ora in te iuuenes leti Pandulphe tenebant
 Fixa din, atq; oculos foemina, virq; suos:
 Sigismunde genus dinorum maxima proles,
 Qui reges Latio cogis abire solo.
 Hic tibi de patrio statuimus marmore templum,
 Atq; triumphales dñe benigne nouas.
 Aurea quinetiam tua sese ostendet imago,
 Et nostre ante oculos posteritatis eris.
 Norit ut antique tu libertatis & auctor,
 Et fueris Latij gloria magna soli.
 Non tibi lœtitia mentemq; animumq; mouebant,
 Cum canerent soli talia vota tibi.
 Vndiq; fluxa virūm Tyrio spectabilis ostro
 Gens erat ante oculos rex memorande tuos.
 Maxima vis hominum tantos visura triumphos
 Venerat antique finibus Ausonie.
 Vnum illud timeo, ne te noua raptet imago
 Illius, effigies que tibi visa fuit.

L. Iij.

I S O T T A E V S

Hei mihi si capiat quæcunq; puella volentem
Te nostros iam nunc deseruisse sinus.
O potius peream, Stygiq; allabar Auerno,
Iuppiter aut rapido me prius igne cremet:
Qz possis aliam me sospite amare puellam,
Durus & Isotta non meminisse tua.
Sed neq; fas de te quicq; mihi tale timere,
Fidus ut o forti pectori diue manes.
Non ea te virtus docuit tua dextra, fidēsq;
Non omni nobis tempore notus amor.
Sed ne sis miseræ tamen ab suspectus amanti,
Inde recede: loqui talia cogit amor.
Tu potius venias patriam rex maxime ad urbem.
Si qua mei miseræ te pia cura monet.
Ocyus hostiles iterum prosterne phalangas,
Et preme iam fusos terq; quatérq; viros.
Aggregere & dulces iterum instaurare triumphos,
Viætriciq; ferox mille trophæa manu.
Et tu qui innenis tantos iam fuderis hostes,
Omnis quem solum barbara terra tremit:
Non poteris meritos famæ iam perdere honores,
Vsq; adeo virtus intemerata manet.
Quod Florentinam si forte reliqueris urbem,
Et careas illa protinus effigie:
Ista quidem toties non te turbabit imago,
Egregia ut scribis, non tamen æqua mihi.
Parce precor flauos scindam miseranda capillos,
Parce animos princeps sollicitare meos.

DOISOTTA ARIMI.
 NENSIS DIVO SIGISMVN-
 DO PANDVLFO MALA
 TESTAE S. D.


 Ade meo regi crudelis epistola lethi
 Nuntia, vade meo littera mœsta duci.
 Forsitan inuenies illum inter prælia duri
 Martis, & insignes ære micâte viros:
 Aut inter strepitus, pugnatorumq; caternas,
 Inuenies letos q; bene cogat equos.
 Inclita sanguinea meditantem bella securi,
 Inferat infidis ut prior arma viris.
 Quicquid agit placida neq; enim spatiatur in umbra
 Lentus adi magnum, si vacat hora ducem,
 Dic quoq; Dij faciant valeas rex optime regum,
 Sed melius, vitæ q; valet aura mea.
 Illa quidem morbi stimulus torquetur amaris,
 Febris & ardores concitat usque nonos.
 Febris ad usq; canas labefacta per ossa medullas
 Regnat: amara dies, nox & amara venit.
 Littera parce loqui, libet o libet ore profari,
 Seu lexiibus iam talia verba notis:
 Et rear esse deos, cum sic miseranda puella
 Mortua sim, meritum labar & ante diem?
 At mihi sperabam tranquille tempora vita
 Longa: ducis quondam numine tuta mei.

k.iiiij.

I S O T T A E V S

Diuiss & vt Latium qui iam pacauerit orbem
Spes erat ab vite maxima nempe mee.
Talia credideram, que nunc notus horridus auras
Iactat in æthereas, labor & ante diem.
Et meus (heu) primis amor extinguetur ab annis,
Et linquam dulces funere delicias.
At nec Parca quidem grauis esset iniqua cadenti,
Ni doleat graniter dux magis ipse meus.
Sigismundus, ubi nunc est Isotta, requiret:
Guttura singultu nec minus ille premet.
Ab quoties lachrymas fundet Pandulphius heros,
Dicar & o tanta causa ego tristitiae.
Tine puella ducem toto suspiria coges
Pectore cum lachrymis ducere sepe suis?
Ante duces tantos, quorum dux maximus ille est,
Plorabit magna (pro dolor) Ausonie?
Te Pandulphe canent populi, regesq; superbi:
Flebis at Isotta funera moesta tua.
Non ego digna fui lachrymas meruisse tepentes,
Ut fundat Latij me super alta salus.
Ante precor q; sic posita hic moribunda relinquar,
Ipse veni, & tardas tolle benigne moras.
Tolle moras, propera, dum spiritus ultimus extat:
Persephone nostrum iam grauat atra caput.
Vertice que secuit vitalis dura capillos,
Nec patitur longos me superesse dies.
Quod si diue venis, solabere solus amantem:
Forsan & antiquæ causa salutis eris.

Quod si venisset Ceyx speratus amanti,
 Alcyone gelidis non perijisset aquis.
 Pbyllida Thesides si non liquisset amantem,
 Non flesset dominam Thracia terra suam.
 Solus amor stygijs toties renocavit ab umbris
 Castora, fratribus erat tutus amore sui.
 Ab quoties fertur manes adiisse profundos
 Tyndarides, quoties ille receptus abit.
 Ibat inaccessos tenebrosa per ania Pollux
 Ipse locos, fratribus dum fugit umbra sui.
 Ergo si venias, meminisse innabit amoris,
 Et solitis olim non caruisse bonis.
 Mente valet quis, corpus valet, atque duorum
 Letitia est tanti maxima causa boni.
 Torqueor, & tanti nulla est medicina doloris,
 Quæ possit lachrymas continuuisse meas.
 Solus amor tamen est, qui me non linquit amantem:
 Crescit & immensis scilicet ille malis.
 Corpore frigida mors moribunda per ossa soluto
 Regnat, at in gelido pectore feruet amor.
 An deus ille etiam manes descendit ad imos,
 Regnat & in campus ferreus Elisijs?
 Certè ego me sensi totam perijisse, nec ullis
 Partibus extinet & commeminisse mei.
 Atque oblita mei memini mea gaudia, tēp
 Sigismunde oculis consequor usque meis.
 Atque superba tuos video rex maxime vultus,
 Obicit aut sensus horrida Parca malos.

ISOTTAEVS

Quod te per nostros oro miseranda labores,
Queis nihil in toto tristius orbe fuit.
Si tibi dulce mei quicq̄ fuit, aspice casus,
Dine meos, animi tu miserere mei.
Nēve tuos olim mihi foemina morit amores,
Ausonis illa fuat, barbara sine fuat.
Quęq; pię coluit te foemina, sis pius illi:
Neu capiat vultus vlla puella tuos.
Quod si fortè sciam, tum me sub tristia mittes
Tartara, tum lachrymis gaudeat illa meis.
Ante sepulchra veni, pario quae marmore facta
Celsa meum corpus protinus excipient.
Illi da lachrymas, illi pia lilia sparge,
Illi purpureas ordine pone rosas.
Hic ego (siquid habent post funera corpora sensus)
Excipiam blandas iam dea facta preces.
Nam dea (si me amas) & ero post funera numen:
Damnabo & votis secula cuncta meis.
Tunc me Arimineis natam sub collibus orent
Et Morini, & thuris pondere dines Arabs.
Barbara gens omnis, nos Itala terra probabit,
Quod fuerim tanto digna puella viro.
Sed nec lingua loqui, nec plura profarier ora
Fessa valent morior, labor & ante diem.
Iamq; vale o nostri longum memor, ecce tenebre
Obnubunt miserum nocte ruente caput.

LIBRI TERTII FINIS.

S I G I S M U N D V S P A N D U L F V S
P O E T A E S A L V T E M D.



*Valis ubi Hectoreum genitor miserabile ferri
 Corpus Achilleis vidit ab ipse rotis:
 Qualis & Antilochū senior
 pater ille virū rex
 Conspexit Phrygio procu-*

buisse solo:

Qualem Calliope genitum prō montibus altis

Eurydicen fama est ingemuisse suam:

Talis ego vates nostre spes una salutis,

Sortior eternos tristia fata dies.

Nam neque vita placet, neque me vixisse innabit,

Si spolior tantis docte poëta bonis.

Vade age, quandoquidem pelago iactamur amaro,

Velāqz cæruleis sunt mea mersa vadis:

I, propera, & dominæ paucæ hæc mandata referto,

Si modo non omnis spiritus huius abit:

Ne velit Italiam tanto priuare decore,

Néve velit manes accelerare meos.

Quod si noster amor quicquam valet, illa per huius

Spem velit à tanto me eripuisse malo.

I S O T T A E V S

Dic quoq; ne dubitet suetantis vincere Parcas,
Que vicit cunctas ipsa puella deas.
Millia tot pro se Latiae refer ordine gentis
Eternos orant numina magna deos.
Confieri ut nequeat quin sit mihi salua puella:
Quin sperat, magni spes bona causa boni.
Nempe preces nautas scopulis deducere acutis,
Et possunt placido vela referre mari.
Virbius est precibus superas renocatus ad auras,
Hippolitus manes qui fuit ante suos.
Ex bone facta dea est precibus, quam fleuerat ipse
Inachus, ut Nilo gaudeat illa suo.
Illa prius montes, incultaq; saxa petebat:
Ibat & in senas territa vacca feras.
At postquam precibus didicit te magne precari
Iuppiter, & Egypti templa, focisque tenet.
Sistraque pampineis innectit mollia thyrsis,
Dicit & errantes per iuga summa choros.
Et precibus Polypheme tuis Galathea nitentes
Ceruleos frenis sape repressit equos.
Neptunum precibus vicit scelerosus Ulysses,
Iunonem & neas, Pallada Dardanide.
Denique cuncta preces magnorum numina dinum
Ecuperant, precibus tuta sit illa meis.
Hanc solare precor, domin' q; mederi dolenti,
Omnis ut ex illo corpore mæror eat.
Te precor o' vates nostræ spes plurima fame,
Gloria qui nostri nominis unus eris:

*Ut pro me celeres, curāmq; ad magna capessas
Obsequia, & quāmox ad sua tecta voles.*

*Quod si fortè facis, verbisq; hortare dolentem,
Libera erit verbis forsitan illa tuis.*

*Mi neque adire licet, nec tanta relinquere fas est
Incepta, ob regni sceptra tenenda mei.*

*Nam mihi pulchra nouo se dedere Crema triumpho
Cogitur, & tanti frena subire ingi.*

*Hactenus obseffas multis à millibus urbes
Sit seruasse satis moenia magna mihi.*

*Arma simul, sollicitumq; simul perdemus amorem,
Vnāq; erit bini causa puella mali.*

*Quis struet hinc subitis lapidum tormenta ruinis,
Maius opus quām quod Iuppiter ipse quatit?*

*Quis cælo turres subitas æquabit, ut ipse
Miles eat cællas urbis adusq; domos?*

*Nullus erit muris aries admotus inquis,
Vinea nec tectis machina dura foris.*

*Omnia que secum dolor improbus auferet arma,
Tuta nec ingenio castra futura meo,*

*Castra quibus tantam solis obſedimus urbem,
Quæ nunq; passa est obſidione premi.*

*Usque adeo gelidis munita paludibus hostem
Tempserat ante alias terra superba ſuum.*

*Iam foſſas hauiſt liquidis priuauimus vndis,
Nuntia cum tanti littera missa mali eſt.*

*Nec reor eterno quamvis venit vnda liquore,
Pluribus ut guttis hauiſta ſit illa tamen:*

I S O T T A E V S

Quām lachrymis nostri dudum violantur abortis
Lumina: fit lachrymis humida terra meis.
Heu genus humanum fortuna celerrima versat:
Tam letus fueram, quām modo mōstus ero.
Frigora dura mibi nihil hic nocuere, nec anni
Tristis hyems, aēti nec nocuere nīnes.
Nec quos obliqua fundebat Aquarius vīna
Obstabant hīmbres, frigorā ve ullā mībi.
Non glacies gelidis concreta palūdib⁹ vīsp⁹
Obstabat pedib⁹ sēpe premenda meis.
Styria facta iubis q̄ mox resonabat equinis,
Sēpe gelu magni dirignere duces.
Ast ego ut assequerer fame immortalis honorem,
Cogebam fortes semper ad arma viros.
Gloria magna tibi tantis est visa periclis,
Posse sequi magnum tempus in omne decus.
Cremma quidem nunq̄ Venetis obseffa, nec ullis
Gentibus, est vīres visa manere meas.
Heu vos Euganei quantum perdetis in una
Isotta auxilium, si moritura iacet!
Namq; ego si doleam, mōrōre affecta dolebit
Copia, cūmq; suo cātera turba duce.
Quod si fata velint tanto spoliare decore
Italianam, dominae funera acerba mee:
Ne mihi tu verbis tandem doctissime cladem
Significa, nec tu talia voce refer.
Non oculis possem mōstas spectare tabellas,
Ne subitus damnet pectora nostra dolor.

Atra sed obscuris mittatur epistola ceris.
 Nuntiet ut luctus nigra tabella meos.
Cursorēq; citi laxis mittantur habenis,
 Ut referant fati nuntia certa mei.

DI V O E T R E G I S V O
 SIGISMVNDO P A N D U L F O M A-
 L A T E S T A E P O E T A S C R I B I T .



Vntius infelix lugubri in ueste pro-
 fectus,
 Et ferrugineis littera nigra notis:
 Signa tibi tādē tātē rex maxime cladis,
 Isotte & referent funera moesta tuæ.
 Ne lege, cognosces lethum miserabile, quamvis
 Nulla sit ante oculos littera aperta tuos.
 Te color huius enim, vel te præsaga docebit
 Mens magni semper præscia facta mali.
 Ante obitum ad domine morientia lumina veni,
 Iussus vt à tanto principe missus eram.
 Atque ex te verbis solari vt cœpimus illam,
 Visa fuit tantis esse lenata malis.
 Illa nihil fatum pro se metuebat, at illam
 Qnōd te desereret sollicitabat amor.
 Ah quoties lachrymas inter solantia verba
 Fudit, vt oris erant verba relata tui!
 Illa, valet mea spes, inquit, Pandulfius heros?
 Si valet ille, salus omnis habenda mihi est.

I S O T T A E V S

Non ego Persephonen timeo, non ferrea lethi

Omina, non Stygij proxima regna Ditis:

Sospite & incolumi Sismundo nulla peribit

Isotta, hoc salvo nempe superstes ero.

Vix ea cum dixerit, pallore affecta supremo est,

Lætior usque tamen, dum tua facta refert.

Mox caput accubuit, nec plura profarier ora,

Nec potuere granes reddere voce sonos.

Hic simul ac potuit, tremulis singultibus auras

Impulit, & tali voce locuta palam est:

Außeror ad Stygios terris vix redditia manes,

Implorans duros, numina magna, deos.

Crudeles dini, qui nunquam parcere formæ

Scitis, io nostris parcite temporibus.

Quod si nulla mel vos gratia tangit amoris,

Vos Sigismundus nempe mouere potest.

Quod si vestra preces possunt pia numina nostra

Flectere, si non sunt dii, deęq; feri:

Illiū d regis queso misere scite dini,

Non ego iam pro me talia dona peto.

Mi satis est misere domino seruire potenti,

Mi satis ante suos sepius esse pedes.

Hec ego vos superi posco, date iusta petenti

Munera: vos tanto iam date dona duci.

Pelide vires quondam tribuistis, & arma:

Pandulpho vitam vósne negare decet?

Ille vel Hectoreos dignus concendere currus,

Ille vel & acide bella referre potest.

Nec quisquam Latio in magno, nec barbarus hostis,
Intrepidus tantum vellet adire virum.

Nec minus Italie decus est, & gloria gentis,
Imperat & magna gentibus Euganiae.

Huc propter lachrymas extrema in morte profundo,
Hunc propter sortem iam querar ipsa meam.

Crudeles nimilum superi, crudelia celi
Numina, crudelis Parca propinqua mihi:

Vos aquilas tristem fessas mutare senectam,
Vos sinitis cernos viuere secula nouem:

Vos angues etiam nitida vestire innuenta
Vultis, & antiquae ponere terga cutis.

At me, quæ fueram spes una, & gloria tanti
Regis, io miseram perditis ante diem.

Talia iætabat miserando pectora dicta,
Que possent senas dicta monere tigres.

Nec quisquam tantum se ferrens offerat illi,
Ut ferens à lachrymis temperet ille pijs.

Vsque adeo extremam quamvis venisset ad horam
Spiritus, ambrosios reddidit ille sonos.

Tum vero toto pauplatim expalluit ore,
Ut solet inducta candida nube dies.

Morta nec poterat, poterat nec viva videri,
Qualis defecto lumine Castor erat.

Dum vixit, quoniam semper tibi cura puella
Tanta fuit, quoniam viueret illa loco,

Sigismunde velim noscas ubi mortua tandem
Tanta iacet tumulo gloria deinde novo.

l.j.

ISOTTAE VS

Illa quidem templo Geniorum excessa quiescit,
Altarq; iam nireis stat dea marmoribus.
Quam gemini insignes elephanti ad sydera tollunt,
Eternisque nitet marmor imaginibus.
Ede sacra requiescit, ubi sunt pignora chari
Corporis, ossa gemunt, vir mulierq; gemit.
Omnis plena via est planctu, miseriq; vulsatu,
Consonat & tellus, marmoreumq; solum.
Femineisq; fremunt vulsatibus omnia circum,
Hinc matrona senex, nupta puella gemit:
Et volucres rostris marentia pectora tundunt,
Et gelidis pisces delitustis aquis.
Quid referam sensus animalia naeta sagaces?
Mcerorem miris dant elementa modis.
Nanque ubi sublata est portanda ad busta puellas
Intonat, & magnus Iuppiter ingemuit.
Precipitesque ruunt elisis nubibus hymores,
Atracq; caruleis terra repletur aquis.
In tenebras solem afflictum caua nubila condunt,
Et nivem guttis collachrymanit eburi.

SIGISMUNDVS PAN-
DVLFVS MALATESTA VATI
SVO SALVTEM D.



On hec ingenio, non hec ex carminis
arte
Fundimus: emittit tristia verba
dolor.

Qualis Penea fertur pro coniuge Phœbus
 Discolor in solis delituisse locis:
 Qualis & amissa celsis pro montibus Orpheus
 Coniuge tartareas fertur adisse domos.
 Talis ego longos cogor meminisse dolores,
 Anxius Isotta morte poëta meæ.
 Non me grata quies, non me nox vlla innare,
 Non dextra possent fortia facta meæ.
 Ire innat scopulos inter, fruticosq; saxa,
 Lustraç; vel rapidis vix adeunda feris.
 Usque adeo dolor immensus rapit omnia secum
 Consilia, atque animi mille pericla mei.
 Ipse humana libens vito vestigia, quando
 Ipse velim vita nescius esse meæ.
 Quinetiam attonitus gelidis in montibus erro,
 Cogor & incertas protinus ire vias.
 Sepe ego marmoreum dulci pietate sepulchrum,
 Sepe peto templi candida signa noni.
 Elicerem ut voces aliquas, illius ad aram
 Sepe tuli maestum corde micante pedem.
 Atque ibi eam postq; nullas audire querelas
 Sentio, in externos cogor abire locos.
 Quo dolor ipse feret veniam, dij ducite quæso:
 Sancte puer, vel tu, mater & alma Venus.
 Vos mibi principium tanti tribuistis amoris,
 Vos finem vestris demite numinibus.
 Ipse ego vel totum vobis ducentibus orbem,
 Ingrediar duras, barbara regna, plagas.

L. iij.

I S O T T A E V S

Auroram, & Gangem, nec non Boreamq; Notumq;, Orcadas, & Thyles, ultima dorsa maris.
Nec plus telluris magnis obijisse feretur
 Ille vijs, tigres qui domat ære feras:
Effera pampineis qui corrigit ora capistris
 Bacchus, Nysei gloria magna iugl.
Tantus amor manes Isotta affarier omni
 Est animo, & magicis credere carminibus:
Atque herbis, lapidum ve nouis ego viribus utar.
 Certum est infernas sollicitare canes.
Meme etiam magicos cantus audire innabit,
 Atq; animam domine sepe vocare meæ.
Audiet è tumulo mea vita emissæ reposo:
 Forsitan & voces sentiet inde meas.
Ipse Hecates veniam nocturnas solus ad aras,
 Et referam sacro carmina nota solo.
Qualis Eleusina coluit Trietherica teda
 Thyas inornatis semper operta comis.
Hæc ego iam faciam, dum mea vita manebit:
 Inueniam Isottam forsitan ipse meam.
Tūq; age, nam vati confert sua numina Phœbus,
 Me moncas, tantis dum premor usque malis,
Et simulachra modis iterum viventia miris
 Tangere si possint umbræ, animaq; premi.
Sæpe fui in truxijs visulando, & acerba fremendo,
 Dum canit effusis Theffala saga comis.
Nullaq; vox nostras sese referebat ad aures,
 Sed sensi medium diffilijsse solum.

Interea gemitu montes, & saxa lacerello,
 Et lachrymis late feruet arena meis.
 Et vigor ipse dolens totum peregrinus in orbem,
 Qualis vita diu Bellerophontis erat.
 Ille Ioni infelix, superisq; iniurias inquis,
 Errabat Lycijs tristior usque iugis.
 Ille Chimæreos primus qui vicerat ignes,
 Quem Solymi patrio pertinuere solo:
 Post tot facta tamen campis errabat apertis,
 Strinxerat atque suum mente dolente iecur.
 Sic nos qui Latias soli seruauimus urbes,
 Quos propter Latij magna reperta salus:
 Usque sub extremis tristes errauimus oris
 Oceani, qua sol cernit utrumq; fretum.
 Scilicet Hesperidum extremas veniemus ad oras,
 Cessus ubi caeli sydera torquet Atlas.
 Aurea mala fero vix custodita draconis,
 Forte manu ramis arboris ipse legam.
 Aut ego ad Eoas veniam male Janus arenas,
 Que'que calent Rubri littora vasta maris.
 Hinc ego purpureos referam mea vota lapillos,
 Gemmâq; Gangarijs sit mihi lecta vadis.
 Omnibus his, herbisque alijs aperire sepulchrum
 Experiar, manes & renocare pios.
 Nunc herbas Medea suas succosque potentes
 Det mihi, cumq; illis mille venena velim.
 Pæona quinetiam plenis venerabor acerris,
 Et Phœbi supplex numina magna patris.

l.iii.

I S O T T A E V S

Quo satus Hippolytum stygijs renocavit ab umbris,
Esset ut in magna Viribus Italia.
Egerie' qz dedit lucis Latois opacis
Hunc dea tanta pie cura pudicitie.
Hei mihi cur frustra magicas accingor ad artes?
Insanam mentem carmina nulla innant.
Tunc ego mente bona fuerim, si vita puelle
Adueniat vnlus ante vocata meos.
Et veniat cultis, ut quondam culta, capillis,
Dædalia facta est qualis in ære manu.
Et velit in rosea fæse mihi reddere palla,
Sine placet nivens, puniceus ve color.
Nec veniat tristi, nec duro pallida vultu:
Sed nitor ambrosijs sit, maneatque genis.

D I V O S I G I S M V N D O

P A N D U L F O M A L A T E -
S T A E R E G I S V O P O E T A
S C R I B I T .



Bstupui lectis princeps animose tabellis,
Horruimusque birtis protinus inde
comis.
Nam quicunque dolor tuus est, hic sci-
licet idem
Est mens, & parili conditione premor.
Solus enim vates, solus Pandulphe camœnas
Ipse colis, solus carmine digna facis;

Bellaque, perpetuum que sint celebranda per eum,
 Et noua Mæonia bella canenda tuba.
 Iam gemine certant in te rex optime laurus:
 Mars fauet, atque meo Calliopea duci.
 Quod si non armis tantum rex inclitus essem,
 Non foret in nostro te prior eloquio.
 Mira ne tu volucrum monumenta reponis amorum,
 Que possint longa posteritate legi?
 Isottamque tuam, quamvis sit mortua, manes
 Non capient, cunctos effugit illa rogos.
 Carminibusque tuis manet, eternumque manebit:
 Nec tu quem referas, mortuus esse potest.
 Quo magis admiror que nam sententia menti
 Fixa tua, quoniam te dolor acer agat.
 Qui cupias montes, & inhospita lustra ferarum,
 Et petere vndisoni littora longa maris:
 Iręq; vel totum semper peregrinus in orbem,
 Quia tepeat Titan mersus utroq; mari.
 Omnia que magnus dolor edere verba coëgit
 Te tamen, & dominæ mens inimica tua.
 Quinetiam rogitas, fieri si posse putemus,
 Isottam valeas ut reperiire tuam.
 Magna quidem Princeps, sed non reticenda requiris,
 Digna sed ingenio talia Socratico.
 Ipse tamen referam sacri divina Platonis
 Plurima, que Graijs me docERE sonis.
 Ille putat rursus mortale in corpus ituras
 Esse animas pleno temporis orbe sui.

l.iiiij.

I S O T T A E V S

Nec minus Elysios post fata renisere campos
Rursum, & eterna conditione trahi.
Nonnullas montes, incultaque saxa subire,
Nonnullas rapidi spumea dorsa maris.
Illas tartareis penitus morerere latebris,
Has nemora, & fontes, rura beata sequi.
Nec non & superas iterum migrare sub auras,
Et rursum ad sedes serenocare suas.
Ipse Menetiades (magno si credis Homero)
Venit Achilleos mortuus ante pedes,
Candidaque ossa sui Phthiae portaret ad urbem
Fidus ut & acides iussit, & inde fugit.
Sic te si affari cupiat tua chara puella,
Forte potest vultus ante venire tuos.
Cneaeque fuit simulachrum triste Creusa
Ante oculos, trepidas dum fugit illa manus.
Quare ne dubites illam tibi posse reuerti,
Et curas dulci voce leuare tuas.
Non fuit illa tamen duro de sanguine nata:
Iusta parens illi, iustus & ipse pater.
Quae pia cum fuerit, fuerit cum iusta puella,
Non feret haec gemitus te renouare graues:
Et veniet cultos Isotta ornata capillos,
Qualis erat regno culta puella tuo.
Aut te turbatos ducet dea facta per hostes,
Et reget ardentes fulminis instar equos.
Cen Inturna suum ducebatur in agmina fratrem,
Ut Bellona solet ducere Martis equos.

Quicquid erit (neq; enim Stygijs miscebitur umbris)
 Seu dea, seu cæli spiritus almus erit:
 Non te plorantem, non te feret illa gementem;
 Sed veniet superis missa puella locis.
 Non lachrymis opus est: precibus pia numina iustis
 Prosequere, & magnos munere vince deos.
 Illam posce libens, precibus flectetur amicis:
 Exorata dabit magna petita tibi.
 Hinc modo tu lachrymis iam parce fidelibus, ora
 Parce nouis princeps, disaniare notis.
 Sis Italum potius decus immortale virorum,
 Qui serues magnam solus & Hesperiam.
 Quam nisi tu fueris iam barbarus occupet hostis,
 Et teneat regni maxima iura tui.
 Huc amor omnis eat, pietas huc illa recurrat:
 Inijce rex animos huc memorande tuos.
 Quid si dñe facis, iam tibi leta puella
 Adueniet, tardas reijcetq; moras.
 Tum genus omne hominum laudes tibi dicet, & astris
 Inter opus tantum te colet usque parem.
 Post ubi sydereos cæli conscenderis axes,
 Teq; vocet lati regia magna poli:
 Aurea nascetur toto gens altera mundo,
 Atq; iterum niuei flumina lactis erunt.
 Dumq; maris rapidi tua moenia verberet unda,
 Fluens Arimineis dum sonet altus aquis:
 Dum verno frondes se tempore quæq; nouabunt,
 Dum volucres nisi sede ingabit amor:

I S O T T A E V S

Dūmq; n̄nes gelidas pater Appenninus habebit,
Caucasus impastas dum renocabit n̄nes:
Regis Ariminei celeberrima fama tropbæis
Viuet, & innuicti gloria summa ducis.

I S O T T A E I L I B R I V L T I M I F I N I S.

BASINII PARMEN- SIS POETÆ EPISTOLA, IN Q V A RELIQ VVS AGER PICENV S AD ASCV- LVM LOQ VITVR.



Decus Asculenii Picenis ur-
bibus una,
Ex priscis terra alma, qui-
bus te laudibus alto.
E quarim celo? tu causa sa-
lutis, & auctor
Auxilij. Picenus ager nam
tptus in una.

Te pendens valui scelerata erumpere vinclo.
Te propter nostri quondam Pandulpius heras
Defensor potuit fasces, & munera magni
Imperij, & priscum Romane gentis honorem
Pontificis iussu auspicijs adsumere faustis.

Iстic scepta duci sunt tradita Romula tanto.
 Olli Pallas erat comes inuidiosa, decusq;
 Immortale dabat: vires, animumq; secundans.
 Chara Ionis proles medio Tritonia campo
 Ostentans angues, & Gorgonis ora Meduse
 Sibila, terribilemq; eratis egida monstros
 Nubiferi Ioniis arma, solo quibus eruit vrbes.
 Hic Malatestai certissima gloria gentis,
 Magnanimus, sensis primum Sismundus in armis
 Agnonit longe fulgentia virginis ora,
 Divinos artus, vultum, vocemq; sonoram.
 At prior illa virum dictis ita tollit amicis:
 Magnanime, herorum fortissime, & inclyta magne
 Italiae spes una, deos qui laude secutus,
 Et virtute viros vicisti, pauca memento
 Dicta tue figas iam nunc monita optima mentis
 Tu consanguineos vnis committe periclis,
 Ut tribus una iunet sociorum quenq; suorum,
 Et magno fer vota Iosi, iam victor & ipsam
 Inueniet fortuna viam, tempusq; vocabit,
 Et deus ad summum magne virtutis honorem.
 Nunc age tolle animos, totamq; huc iniice mentem,
 Ultra Indos, Arabasq; super tua fama futura est.
 Constitit hic primum pulchris Sismundus in armis,
 In campi, & procerum medio, quem millia circum
 Hinc atq; hinc glomerata virum stant agmine: ferro
 Hand securis instructi iunenes, q; si horrida sexi
 Martis ad arma vocet totus furor: undiq; clamor,

BASIN IL PAR M. POETA E

Vndeq; concursus, illum mirantur, & illum
Postremi, primi q; aderunt. velut equore in alto
Paulatim fremitus liquidis exurgit in vndis.
Luctanti scopulo zepbyriq;, notiq; sonantes
Obtrudunt fluctus, feruet mare, & ocyus omnis
Magna tumet ponti facies: tum cana repulso
Marmore spuma salit. cuncta se in saxa sequuntur
Innumeris vnde cumulis. ipse imbris atris
Tunditur, in nubemq; volans se condit Orion.
Hic ubi iussa ducis constare silentia dextra,
Tot fortis Itali secum tacitura trahebant
Agmina, nec quisq; mortali in pectori vocem
Tot populum putet esse, nibil quos lingua iuuabat,
Nec dulcis socium varia in commercia sermo.
Tanta quies animis, adeo parere decorum.
Arx Contracta ferunt sic illam nomine summis
Montibus imposita est: trahitur locus omnis in arcem,
Castellum est insigne tamen, magnumq;, potensq;:
Hic vero tua summe ducum, tua maxima virtus,
Sigismunde sat est populos celebrata per omnes.
Nam memorant postq; muros ingressus, & alta
Moenia, vi summam tibi que restabat ut arcem
Impete terribili pulchris instructus ut armis
Mille viros, & mille ferens ingentia saxa,
Vi propria dum rixus ades, conscendis & altos
Intrepidus muros, atq; omnia turbine complex
Horribili, cecidere virum fera corda, procusq;
Amisit validas custodia perdita vires,

Sanguine multa tamen multo certanit. ouantem
 Picentes populi primum videre, Iouisq;
 Progeniem dixerat, deum quod solus honores
 (Hanc humana quidem, divina sed illa videri
 Omnia) tu iam tum primis sis natus ab annis.
 Post hanc innumeræ reseratis moenibus urbes
 Defecere hosti. Auxiliq; & mœnia firmi,
 Cunctaq; Picensis quæ plurima caperat oris
 Sfortiades, profugum vetitis quem cedere terris
 Letati Ausonij, pre cunctis Roma secundis
 Ominibus sortita ducem, felicior alter
 Quo neq; in Italia praestanti marte, nec vñq;
 Cetera quæ bello conficit, nonit & omnis
 Italia, & populi, quorum pars magna favebat
 Partibus oppositis. sed non temeraria quanq;
 Gens, eadem prædines erat, sua tendere contrâ
 Amplius arma potest: adeo sua fama pauentis
 Terruerat populos, pontus quos noster & infrâ,
 Et suprà inspecto circunsonat Appennino.
 Ergo ego perpetuas refero tibi carmine laudes,
 Asculon antiquum Picensis urbibus una
 Ex prisca, eterna tibi donatur in omni
 Tempore libertas. tali te laude superbum
 Reddidit ipse pater Romanae gloria fame.

FINIS.

BASINII PARMEN-
SIS POETAE EPISTOLA AD
DIVVM SIGISMVN DVM
PANDVL FVM MALA-
TESTAM PAN. F.



Iquerat oceanum nox intem-
pesta quadrigis
Caruleis inuecta, poliumq; bu-
mentibus umbris
Spaserat, ethereumq; volans
fuscabat olympum:
Cum mihi se madido delapsus

ab aëre Mauors

Obtulit ante oculos. neq; me sopor ullus inertem
Presserat, hand vanos agitantem pectore somnos.
Omnia sollicita sed enim cognoscere mente
Fas erat. incubuit media clarissima nocti
Lux procul, & vacui micuerunt omnia tecti.
Obstupui, gelidusq; panor labefacta cucurrit
Ossa per, & venas, & pulsos pectore sensus.
Qualis ubi pueros per somnum ludit biantis
Impacata quies, cum fortè videntur anhelis
Ilibus auxilium quesitas poscere matres.
Tum fremere infestis visus leo, & arma manari
Dentibus: ipse labor lato frustrarier armo

Currere conantis, & vano fallere gressu.
 Talis ad ima timor penitus descenderat ossa.
 Arma ferebat enim granitum thoraca, iubatisq;
 Terribiles capiti decus. at lorica decoros
 Innebetens humeros hamis fulgebat ahenis.
 Lænibus at suris ocreas inclusit ahenas,
 At leno lateri pendentem aptauerat ensem
 Fulmineum, & gemmis insignem, auratisq; superbo
 Cælatum, & signis: olim quem fecerat ipse
 Musciber, & fulvis stridentem merserat vndis.
 Tum clupeam ingentem, centum quem Gorgonis angues
 Cingebant, variisq; metus horrore ferebant.
 Orbe sedet medio Discordia, cuius Erynnis
 Stat soror ante oculos, sequitur quam seua Megera,
 Impia Tisiphone vocat atra ad bella sorores,
 Sanguineam ante ferens (visu miserabile) cædem.
 Hinc labor, inde fremit lachrymosum in funera bellū,
 Hinc insanus bonos, & pulchri gloria lethi.
 Nec minus ignipotens illuc & sydera, & anni
 Eternas simulare vias dignatus, ut arctos
 Fugerit oceanum, tenuemq; relegerit axem
 Tethyos: alba Tethys tumidas sedauerit iras
 Oceanisq; senis, genus unde deumq; hominumq;.
 Sydera præterea vario fulgentia cælo,
 Qualis ubi sylnam in densam furit ignis anhelas
 Effundens late flamas, in montibus altis
 Apparet rubor, innumeris incendia lucem
 Sparsa locis tendunt, micat hinc Vulcanus, & illinc.

AD DIVVM SIGIS. P A N D.

Talis ab ære dabat radijs percussa coruscis
Lumina fulgor, ubi mouit clypeumq; iubisq;
Ardentem galeam signis auroq; decoram.
Post ubi me parido languentem pectori vidit,
Hens(ait)an vigilas misarum maxime cultor,
Cura deum vates, hominum divina voluptas.
Ille ego sum, magne cuius Manortia Rome
Mœnia septena circundat filius arce.
En deus ille ego sum, Romana potentia cuius
Auxilio imperijs pressit Garamantas, & Afros:
Auroram, & Zephyrum, nec non boreamq; notumq;,
Subdiderat pedibus, domitumq; subegerat orbem.
Eia age latus adi Sismundum; ac talia nostra
Voce monenda refer, non hinc mihi talis ut esset
Pollicitus genitor, qui me ducente subegit
Ingentis populos, & quas Benacus ab undis
Suspedit gentes, vitreis quas Brixia apricis
Montibus, & saxis despectat Bergomon altis.
Quod si nullus bonus patrie, nec gloria fame
Villa subit mentem, moneat tamen omne Latinum
Nominis imperium, saltem sua maxima virtus
Mordeat, ultricesq; vocent in pristina cure
Facta virum: belliq; trucis nunc ille memento,
Quo pius infestos eiecit littore Iberos
Tyrrenio, atq; Italos senis exceptit ab armis
Intrepidus gentem neq; enim perisse Latinam
Fas erat) atq; nouos meruit iam laude triumphos.
At nunc ille Iouis solas se exercet ad aras.

Nec minus Italæ virtus, gens horrida quondam,
 Saturnumq; senem, atq; inculta Palilia solum
 Ausa sequi, magne mox & Iunonis honores,
 Cælitumq; choros, nostrumq; ex ordine numen;
 Nunc tantum Iouis hæc æternas accolit aras.

At postq; Ausonias pax est dominata per urbes,
 Rupta fides, nullumq; decus: cessere deorum
 Numina, cessit honor, & prisca gloria famæ,
 Et fortuna deum, rebus que fida Latinis
 Vsq; fuit, dum bella domo procul alma gerebat
 Italia, & virtus hominum Romana priorum.

Otia dira terunt animos, hominumq; vigorem.
 Hinc insana sitis, magnaq; libidinis ardor
 Improbus, hinc rabies, & amor male sanus habendi
 Nascitur, hinc sensit nocturnas ianua rixas.
 Ergo eat, & totas compellat in agmina gentes
 Protinus, & magnum divinæ lantœ honorem
 Speret, & antiquis se se experiat in armis.
 Non ego nec frustra tantum tolerare laborem
 Immeritum inbeo iuuenem per nigra paludis
 Flumina, sub terras stygio labentis Averno.
 Arma hæc arma(vides que nunc fulgentia totis
 & dibus) ipse dabo: mendacem nulla vocabunt
 Fata retro, iuratus ego que foedera iunxi.
 Sic ait, & nigris fugiens se miscuit umbris.
 Quod te per Latij decus, & Saturnia quondam
 Aurea regna precor, magno sententia Marti
 Que sedeat, senoq; placet quid disce tyranno.

m.j.

BASINII PAR. POETAE.

Nunc quoqu(quandoquidem superis parere necesse est)
Suscipte molis opus tante, placidam annue mentem,
Nunc magno rex magne deo cape iussa, animumqub.
Arrige dñe meis diuino in fœdere dictis,
Italiæ qub libens iam nunc miserere cadentis:
Quam, nisi tu fueris, iam barbarus occupet hostis,
Tot portenta animos hominum terrere pauentum
Incipiunt, vacuâqu canes vslulare per umbras.
Iam strepitus cœli longè, iam murmura olympos
Miseri, multosqu deum vulgata per annos
Monstra suis belli referunt incendia signis.
Nunc aliquid magnum cœlo molitur in alto
Iuppiter, astra vides longos ardentia crines
Ducere, præterea cœlo apparere sereno
Fulgura, & ardentes promittere magna cometas
Funera, nonne, vides? inserpunt vndiqu diræ
Morborum pestes variorum, atqu omnia letho
Corpora Parca sinit demesso stamine reddi.
Nunqu alias spissum tanta caligine vidi
Ætra, nunqu alias tanto se opponere nixu
Defectusqu polo solis, lunæqu recursus.
Româqu non alia iam nunc concussa ruina
Victa iacet, quam cum Phrygias Pelopeïus oras
Placatis tetigit humano sanguine ventis
Ilion incussumqu metu, subitôqu tumultu.
Talis in occasu Troiae, miserôqu penates
Inter, & Iliadas fertur mæstissima matres
Ad regem Ibracum missa Cisseis almino

Flenisse, ac tremulis gemitus fudisse querelis:
 Fortunata diu, nisi fortunata fuisset
 Pignora tot connixa: parens quos illa crearat
 Marte grani miseranda(nefas) visura cadentes
 Littore pro Phrygio, pro Sceæ limine portæ,
 & dibus aut medijs: Priamum visura cœnatum
 Ante Ionis sacras ipsis penetralibus aras,
 Atq; Ithaco post hæc restaret preda tyranno,
 Monstrâq; & in scena iret mutata figuræ.
 Quippe ubi nulla fides hominum surgente tumultu
 Restabit Latio, venient in foedera reges
 Externi, Ausoniâq; volent sibi poscere terras:
 Hinc fluere incipiet vario discordia motu
 Longius, & stimulis agitata ingentibus iræ
 Miseri, totisq; furor crebrescere terris.
 Nimirum hinc omnes bellum crudele videbunt
 Italie commune scelus. Ligus omnis ad arma,
 Euganeusq; ruet, regem sortita potentem
 Barbara gens Italas ardebit visere terras.
 Iam nunc fama viros mouet inclyta, totâq; surgit
 Gloria, & antiquæ iam laudis amore feruntur
 Præcipites populi, veterum iam facta parentum
 Inter se memorant, variôq; ardore fremiscunt.
 Dij precor Italie custodes maxima semper
 Numinæ, Romuleæ qui iam fauistis & urbi,
 Et populo, & faunrix trabeati Vesta Quirini,
 Hanc rabiem iam nunc templis auertite vestris.
 Aut tu, quem celi dñdum domus ante nobis

m.ij.

BASINII PAR M.P O E T A E

Inuidet, ut magno meritum te donet olympo
Ingenio Pandulfe tuo tutare volentes
Hesperie populos, & Barbara diripe castra,
Atq; horum priscos fatus defende quirites.
Omnis honor Latij Sismundo restat in uno.
Te super omne decus, de te spes magna future
Landis:io princeps Italorum gloria rerum:
Nunc veris certare odijs, nunc arma sicebit
Scilicet, & votis optata capessere bella.
Rumpe moras Italum decus immortale virorum.
In te sola salus nostrae iam gentis, & in te
Spes animis hominum marentibus. eia age coepitas
Carpe repente vlas, campq; immittere aperto.
Qualem te memorant Tyrrheno in littore quondam,
Cum regem, & socios vetitis decedere terris
Fecisti, atq; Italos fernasti milite portus.
Atq; ea non duri scelerato martis amore,
Regnum, patriave audius concedere terra
Fecisti: te magna mouens iniuria martem
Impulit Etruscis agitare in praetia campis.
Nam ferus Ausonias veniens Alphonsus ad oras,
Exponensq; feram Tyrrheno in littore gentem,
Aduentu, & fama populos terrebat Ethruscos.
Ille quidem quanuis bello sit clarus & ipso,
Qynis ille sui suspectet praetia belli,
Partenopeng; suis olim submiserit armis:
Vela dedit, tumidoq; tulit se credere ponto.
Tum se Scylla rapax, tum se indignata Charybdis

Térq; quatérq; vadis per hiantia dorsi rotatum
 Sorbeat, & quoreáq; vorans procul hauiat vnda,
 Orabat dubijs iamiam rex creditus Euris,
 Vanáq; dispulerant ventosæ verba procellæ.
 Cuncta simul miseris mortalibus ille deum rex
 Non dedit, hoc solum est, quod iam tibi contigit vni:
 Tu qñis iuuenis, bellóq; iuictus, & armis,
 Ipse tamen cunctos animum deducis in usus.
 Et te prudentem rerum experientia fecit.
 Non alijs eadem mens est, & gloria: primi
 Robur & arma iuuant anni, sapere illa senum vis
 Nouit: utrumq; tibi munus natura potenti
 Nume concessit: quod non furibundus & Ajax,
 Quod non & acides fortissimus inter Achinos,
 Non petuit Nestor primos cum degeret annos,
 Ille sequi: qui post senior, cum secula tandem
 Tertia iam vixisset, erat cui magnus Atrides
 Consilia, immensos animiq; renoluere motus
 Velle: non opus est Aiacibus inter agendum
 Praesum Pylis iuuenis que gesserat oris,
 Narrabat dulci prisorum incensus honore:
 Narrabat pugnas, se & vidisse ferebat
 Ceneaq; Exadiónq; & equumq; Ioui Polypphemum,
 & geaq; Sthenelumq; Dryantáq; maxima quondam
 Corpora, qui fortes fuerant, durumq; solebant
 Montiagis certare feris, seuq; premebant
 Nubigenas, quos terribili sub sorte sacrarant
 Fata suis telis, comes his ille arma gerebat.
 His animum dictis magni inflammabat Achillis.

m. iii.

BASINII PAR. EPISTOLA.

Tu verò omne genus pugnae pedes omnis, & omne
Sonus eques nosti campo certamen aperto:
Consiliōq; potens, bello ac fortissimus idem,
Sigismunde vales, q̄tum nec maximus Hector,
Nec ferus Atrides: neq; te Telamone creatus
Viribus, aut animo cautus superasset Ulysses.
Quare ego si fas est moneo iam Martis ut arma
Illa, quibus Latias solus defenderis oras,
Accipias, audēnsq; deūm promissa reposcas:
Neu præcepta deūm, claro quæ mittit olympos
Iuppiter, ipse neges, Marti aut parere recusas:
Nec tu cœlicolis sceleratas soluere pœnas,
Néne velis seros diuīm instaurare furores
Durus, & infandi metuas crudele Lycurgi
Exitium, in vites ausum vibrare securim:
Quem memorat longisq; animam duxisse sub umbris.
Ille dedit pœnas insano inuisus Iaccho,
Qui non paruerat, cœcum Saturnius illum
Fecit, is ante iugis Nysæi collis abactas
Bacchi nutrices stimulis urgebat amaris,
Ille pampineos fudere timore racemos
Præ nimio, thyrsos & humi iecere solutos,
Atq; harum dominus trepidanti corde recessit
In mare marmoreum fugiens. Tethys alba timentem
Accepit gremio, timidumq; sub æquore texit.
Magnus enim imbellis clamor tremefecerat artus
Ipse viri, sed non longum latus acerbo
Ætatum meritas explenit funere pœnas,

FINIS.

**PROEIVSDEM BASINII
PARMENSIS POETAE DIO-
SYMPPOSEOS LIBER.**



Ande Iouis magni variæ con-
uiyia mensæ
Calliopea, deum cœtus cane
musa verendos
Nectar ad Oceani diuerso ex
orbe profectos.
Nanqz ferunt illuc diuñum si-
mul, atqz dearum

Cuncta vocasse patrem peragrato numina mundo.
Obstupuit Tethys magnorum tanta nepotum
Ora simul, simul Oceanus grandænus, & ipse
Cæruleas pater Amphitrita minoribus vndis
Cassus, & vñsp senis prouectus ad alta parentis
Cærula, post alij quicunque tepentibus vndis
Humida connubia, atque vdos celebrant hymenæos:
Phorcusque, Glaucaisque pares, iunenisque Palemon,
Et Thetis, & quicquid gelido se tollit in alto,
Dotoque, Protoque, Pherusaque, Dynamenæque,
Et passa auricomos humeris Arethusa capillos.
Hi comites ierant Neptuno in tale profecto
Munus, & Oceani complerant hospitis alta
Atria, qui postqz venientem, ac tecta petentem
Cælicolum longo viderunt ordine regem:

m.iiiij.

EIVSDEM BASIN II

Illiset omnis ei chorus assurredit, & ultro
Obvia perculso cesserunt agmina passu.
Ille autem cursu roseis inuenitus habenit
Ibat, eum cuncti diuinq; deaeq; secuti
Instructi numero liquidis comitantur in vndis.
Ut ventum antiqui penetralia ad humida alumnis,
Iuppiter & thiopum pelago stetit ipse piorum.
Tum genua Oceani, canumq; ex ordine mentum
Contigit: O rerum series, cui maxima Tethys
Progenuit quicquid toto se claudit Olymbo,
Aspice magne nouos coetus, fas noscere diuum
Munera, fas illis diuina vescier aura.
Nectar & ambrosiam plenis pater inclite mensis
Suffice, progenies Saturni ego magna parentis:
Inde mari genus, unde mibi: tu dictus alumnus,
Tuq; parens rerum, quarum mihi summa potestas.
Quas pater eternum durat Saturnus in eum
Consilio quanq; peruerso imbutus, at euo
Maximus: una semi que stat prudenter virtus:
Ensumus hic omnes quo scunq; crearit & ille,
Et tu per cunctos genitor nutriueris annos.
Venimus huc omnes, praeter quos Parca cadentis
Abstulit ad Stygias Erebi implacabilis umbras.
Hospitium petimus, requiem, mensasq; beatas.
Sic ait ille leues canenti a vertice spumas
Reppulit, & sallos detergit in aequora fluctus,
Luminibus glancis despectans horrida ponti
Dorsa, Iowemq; manu tectis inducit amicis.

Ille senis dextram liquidis complexus in undis,
 Cum vario sermone lares descendit ad imos.
 Vix medijs attigerat redolentia limina tecti,
 Maximus extemplo magnos vigor imbuit artus:
 Dulcis odorate spiravit anhelitus aure
 Viuaci sub corde micans, totumq; replenit
 Corpus, & antiquos renouavit in ossibus ignes.
 Tum pater ipse Tethyn solio sublimis ab alto,
 Centimanumq; vocat (capto qui notus Olymbo est),
 Celicole Briarea vocant, hominesque vetustum
 Egeona) dapes cunctis ex ordine diuis
 Disponant, plenis statuant & pocula mensis.
 Hinc iubet Haloidas, Otum, durumq; Ephialtem
 Iampridem clausas tecti referare fenestras.
 Tum dulcis sensus animis cælestibus ambo
 Reddere, sanguinei qui magna incendia Martis
 Extinguant, se penitusque in carcere sistant.
 Namq; hos magna premit noles, quod numina contra,
 Atq; Iouem obpresso conati infistere Olymbo.
 Hos memorant celso Martem sub monte ligatum
 Seruasse, atq; humeros duris vinxisse catenis.
 Illum iam bello redeuntem, ac dura frementem
 Aggressos fessum, secumq; abducere adortos.
 Quippe datus letho iam tum Mars ipse fuisset,
 Ni pia Mercurio (quod non solet esse) non erca
 Nuntiet. is fratrem vincis furatus abenis
 Soluit. item dono magne deus Hæriboëæ
 Seruatus rursum crepitantia sustulit arma.

EIVSDEM BASINII

Ergo nequa deūm mensis discordia surgat,
Iuppiter Haloidis vigilent, & limina seruent,
Imperat. ipse senex, sanctam pater ipse Mineruam,
Mercuriumq; simul locat, inter seq; decoros
Efficit: his Phœbi coniungit Apollinis ora,
Ora modis pater Oceanus fulgentia miris.
Una eadem interno virtus se numine prodit,
Pulchrior illa quidem pulchris in rebus, at illam
Iuppiter exhibuit paucis mortalibus, illa
Heroum mentes alto donauit Olymbo.
Post hos magnanimum componit in ordine Martem,
Martem sanguineis adamantina bella lacertis
Monstrantem, & miseris minitantem prælia terris.
Horridus ille quidem, niveo tamen aureus ore
Emittet, ipse iubas signis, auroq; decoras
Ut dempsit, capiti positis radianit ab armis:
Ut canis aurati fulgens decus Orionis
Sydera multa micat superans, & crine minaci
Ipse sub ardenti moribundus nascitur æstu,
Debilibusque serit morbos mortalibus atros.
Olli talis erat facies. tum rector Olympi
Saturnum primo iussit considere circo.
Ille graui tardum tandem se mole ferebat
Frigidus, inde retro postq; consedit abibat.
Iuppiter insequitur circo pater ipse secundo
Latior, & thereis imbutus tempora flammis.
Hos inter Fortuna locum, sedemq; tenebat:
Et nunc terga senis, nunc & Iouis ora videbat.

Hac eadem regesq; manu, populosque potentes
 Inter vtrumq; sedens varium versabat in orbem.
 Sub Ione circus erat, quem ferreus institerat Mars.
 Pulcher item quarto iuuenis residebat Apollo.
 Hunc subter pulchro ridet Venus aurea cesto
 Vescens, & ninea gaudens dulcedine formae:
 Nam celer insequitur Maia satus ordine pulchra
 Impiger, inde mirans fraterna lampade: mensæ
 Inferiora tenet positis Dictynna sagittis.
 Extra Saturnum tardantem, & multa morantem,
 Innumeri pressere deūm subsellia nati.
 Cūq; suis fixos remeare sedilibus omnes
 Iussit omnipotens, rapidōq; volumine mensas
 Ambire, & pulchro diuos occludere gyro.
 Aëris hos ultra liquidus per inania campus.
 Mobilis inde nihil superis se obtulit ultra.
 Talis erat magnæ facies pulcherrima mensæ.
 Dant strepitum caua tecta: vias alterna retexunt
 Agmina confusas, largis mantilia mensis
 Impediunt: nec non trepidi venere ministri,
 Qui menses, anniq; Iouis, horæ q; vocantur.
 Hi liquidas manibus puro de gurgite lymphas
 Defundunt, summisque trahunt funalia tectis,
 Dissimilantq; diem positis laquearea lychnis.
 Cœlicolas genitor cunctos ex ordine dulces
 Iussit adire dapes. cibis immortalis ubiq;
 Nectaris, ambrosie q; liquor fluit. aqua voluptas,
 & qua quies animis, nec non eterna iuuentas

EIVSDEM BASINII

Stat sacrī renouata epulis: amor unus, & una
Sancta deūm pietas. illuc sedere vocati.
Diqz deēqz simul, diuināqz pocula sacrī
Accipiunt dextris, quæ candida miscuit Hebe,
Troianūsqz puer. citaram formosus Apollo
Auratam exercens fidibus per longa canoris,
Mutua pro dulci referebat talia mensa:
Ut pater omnipotens vincis evinctus ahenis
Subsidio Thetidis superos effugit inermes,
Innonēmqz ferox, Neptunnum, & Pallada sprenit.
Ut ferus infernum regem puer Amphitryonis
Mortua prædantem, Pyliāqz cadavera terra,
Defossa aggressum percussit, & expulit acri
Vulnere: ut Harpyias rapido deicerit arcu,
Pulcher vti elatus, magnōqz labore superbis
Cornua truncata suis Acheloia miserit vndis.
Quisve alius Libycis Antæum sternat barenis?
Quisve iacit subitus vibrata tonitrua flammis?
Omnipotentis opus magni rectoris olympi,
Qui freta, qui terras, atque aurea sydera torquet.
Qui dedit ut tellus campo penderet aperto
Aëris, ut vasto iaceat circundata ponto,
Ut super oppositæ circumfent aëra flammae,
Aëris ut tractus obscurent nubila magno
Turbine: quale vident homines, cū iam imbris atris
Tunditur, in nubēmqz volans se condit Orion,
Et cælo caput, atqz pedes tellure recondit.
Hinc canit Iapeti chinam præcordia finxit

Filius aetherei flamas furatus olympi.
 Vnde labor miseris, inserpant vndiqꝫ diræ
 Morborum pestes variorum, atqꝫ omnia letho
 Corpora Parca sinat demesso stamine reddi.
 Hinc geminae Veneris dubios Grineus amores
 Nō silet. illa quidē genus omne hominūmqꝫ, ferarūmqꝫ,
 Et volucrum, & vasti vita miracula ponti
 Sufficit, intereunt homines, subit acrior atas
 Interea, & magnis surgit gens altera terris.
 Hæc manet æternum series numérosa nepotum.
 Hæc canit, hæc magnus magno Ione natus Apollo
 Integrat, & dulci circumsonat omnia cantu.
 Eccluant omnes arrestis auribus. ille
 Ingeminat solitum dígito redeunte tenorem,
 Atqꝫ eadem repetit numero modulatus eodem.
 Musæ olympiades charæ Iouis inde puellæ
 Discordes sonuère deûm in conuicia voces.
 Tum cantu permota deûm exultantia corda,
 Atque à Saturno tacitam sonus usqꝫ Dianam
 Adstrepit, atqꝫ tono superos impletuit acuto.
 Nec mortale canunt quicqꝫ, dignum ve sub alta
 Sydera prognatis audiri gentibus usquam.
 Hæc quicunqꝫ potest hominum mortalis adire
 Inferiora nequit totos haurire per annos
 Auribus, usqꝫ adeo se se discordia cantu
 Concordi alternat vicibus per idonea crebris
 Tempora. at Haloides nobis quoque carmina musæ,
 Et nobis cantate ferum qui in vincula Martem

EIVSDEM BASINII

Iecimus ille quidem quis sit clarus & armis,
Quamvis ille sui suspectet prælia belli,
Tris hic atq; decem gestarit vincula menses
Ferrea, quos Erato contra sic voce locuta:
Ibimus Oceani ad magni simus arua beata,
Et fortunatos felici ex arbore lucos.
Iffic & laudes hominum, rerumq; tuarum,
Omnia conspicies merita preconia fama.
Omnia namq; manent antiquo ex ære Ephialte.
Iffic Fama sibi posuit longissima templum,
Reddit vbi assiduos tellus inarata maniplos,
Sponte sua incultis non ulli obnoxius armis,
Liber purpureas vbi candidus induit vnas,
Collis vbi aeternum flava vestitus osina
Frangit vtrings canas nemora inter frondea sylvas.
Hoc pater ipse deum fluctu descendet ab alto
Numina cuncta vocans: amnes, fontesque videbis
Currere ad optatas templi(mirabile) portas.
Hic heroes erunt: Alcides maximus, atque
Bellerophontæ decus insuperabile monstri,
Et quicunq; pijs coluerunt nostra camoenis
Carmina, qui rerum causas nouere, Iouisq;
Consilium, & quicquid cœlo molitur in alto,
Quisquis est diuum, magni fabricator olympi,
Et qui dinitias alijs posuere repertas,
Qui pauci nemora alma tenent, quos verus honestæ
Cultus amicitiae longis exercet ab annis.
Hos inter Pyladen, ipsumq; videbis Orestem,

Thesea, Piritboümque. simul sic fata deorum
 Corda videndorum nemorum inflammat amore
 Ingenti, atque almae venienti nomine famae
 In ppter arrestas mentes, animosque suorum
 Incensos postq studio cognovit eundi,
 Visendiq locos, & templa superba petendi:
 Ex templo placidis affatur Pallada dictis.
 Illa quidem iuxta (neque enim procul esse volentis
 Dina potest) stabat medio Tritonia ponto
 Ostentans anguis, & Gorgonis ora Medusæ
 Sibila, terribilemque eratis egida monstris,
 Nubiferi Iouis arma, solo quibus erunt urbes:
 Nata decus diuum, gratissima nata dearum,
 Cunctantem Oceani teclis, longumque morantem,
 Tethyos illa modo tumidas si reppulit iras,
 Oceanique senis, genus unde deumque, hominumque,
 Unonem alloquere, ut nemorum petat illa priorum
 Optatas frustra miseris mortalibus umbras.
 Hæc ait. huic contra nihil est effata Minerva,
 Sed rapido ad diuam dea magna celerrima cursu
 Aduolat, & vitrei subiit penetralia teclii:
 Hens regina deum, Saturni prima parentis
 Progenies, soror alma Iouis, gratissima coniunx
 Eiusdem, ipse pater dulces te visere sylvas,
 Insula purpurei frondet qua candida luci,
 Ire inbet. cape iussa memor, parere necesse est.
 Dixerat, immensumque animis iniecit amorem
 Optatiq loci nemorum, sylvaq beatae.

EIVSDEM BASINII

Illa nihil turbata senis, matrisque tumultu
Tethyos, & thereo regi parere coacta
Euolat ad cœtus ducum regina verendos.
Tum vero totis increscere nubibus alta
Numina, tum pariter diuinosque, deasque videres
Surgere per liquidi compulsa*s*aëris auras.
Haud secus innumera volucrum se millia gentis
Multa ferunt ad te densis iam protinus alis
Mantua, cum turba resonant tua stagna canora,
Minclus & longas pater accipit ipse cohortes,
Cygnorum ve solet compelli ad littora nubes
Asia prata super, flavi super arna Caystri,
Ludentes glomerantur aues stridore per auras,
Postque lata vident vndis cingentibus arna,
Et fortunati nemus omne sonabile luci,
Insula cœrulea circum quem amplectitur vnda.
Iuppiter ad lucos descendit & hospita tempe
Cum Leto clamore, Deo id est & mueræ vœvreg epiroto.
Ponè sequebantur formosæ ex ordine dinæ,
Candida quas vitreo faciem circundata peplo
Chara Ionis magni ducebat in aëra coniuncta:
Huc huc aduentate, nouos insistite lucos.
Ecce vocant nymphæ, vocat ora beata supernis
Terra petita choris, incuruum ascendite collem,
Et mecum celebrate soli pineta beati.
Dixerat hec magnus magno Ione natus Apollo
Cardine tum magni stridentia limina templi
Impulit, & magnos immisit in atria diuos,

Atria multisonae statuit que maxima Fama
 Ipse bifrons manibus ventura in secula Ianus.
 Hoc sibi Fama tenet tēplum, dea magna virūm vox;
 In foribus totum qui fluētu amplectitur orbem
 Surgebat Nerens. tum monstra natantia vasto
 Gurgite, magna nouo versantia corpore cete.
 Hic & terrigenum monstrantur bella gigantum,
 Ossāq frondosum dorso que vexit olympum.
 Tum Vesulum, atque alios, ventosa cacumina, montes;
 Appennine tuum caput, umbrosūmq; Taburnum.
 Cernebant fluxios, Tyberimq; Arnūmq; sonantem:
 Unde cadit Rhodanus, flani cadit unde Caystris
 Asia prata rigans diversis annis ab oris,
 Unde pater curvas vertit Mæandros in undas,
 Eridanusque senex, toruo qui flumina vultu
 Torquet in Hadriacas fluminorum maximus undas:
 Quicq; caput teētus flava fecundat arena
 Egyptum, & septem discurrit in ostia Nilus.
 Nec minus Euphrates, quem Tigridos unda vagatēm
 Linquit, ubi Eois fertur pulcherrimus oris
 Ganges, quosque alios totum natura per orbem
 Soluerat omnipotens, Indusq; & magnus Enipheus.
 Parte alia nigris horrebant atra figuris
 Tartara, Cerberei caput insatiabile monstri.
 Poste sedet medio Discordia, cuius Erinrys
 Stat soror ante oculos, sequitur quā scena Megera
 Impia Tisiphone vocat atra ad bella sorores,

n.j.

EIVSDEM · BASINII

Sanguineam ante ferens (*visu miserabile*) cædem.
Hinc labor, inde cädens in deteriora senectus,
Hinc insanus honos, & pulchri gloria lethi.
Hic quicunq; nefas furijs immane secutus,
Egregias patitur pœnas, qui funditus vrbes
Exertit, qui templa deum crudeliter uscit.
Hic reges, sœniq; luunt commissa tyranni
Impia, & infelix polluta veste sacerdos,
Miles & iniustus cedes & vulnera soluit,
Supplicia infidi magnis patiuntur anari
Sedibus, hic quicunq; pios pulsare parentes
Ausi, qui verbis magnum incusare tonantem,
Quicq; fidem, & vana violarunt federa lingua,
Ciribus, aut patrijs posuere tyranida regnis.
Hic Catilina ferox, hic Lentulus acer, & author
Iulius imperij, Mariumq; Cetegus adibat
Carcere non æquo, nec eadem sorte timendus.
Hos supra Elysie sedes, & certa Catonum
Pectora, tum clades Phœnissæ asperrima gentis,
Scipiades, Curiisque pater, sanctiusque Camillus,
Scenosa, cùmq; suo iam nabat Coelite finis
Imperij Tyberine tuas securior vndas
Chœlia, magnanimo non cedens una propinquo.
Nec minus ignipotens illuc & sydera, & anni
& ternas simulare vias signatus, ut Arctos
Fugerit oceanum, tenuemq; relegerit axem,
Torserit ut Plostrum tardo temone Bootes.

Sydera præterea vario fulgentia cælo
 Pleades Atlantis, geminæq; Lycaonis vrſe,
 Defectusque polo solis, luneq; recursus.
 Hec primis foribus magni (mirabile) templi
 Interiora petens in primo limine liquit
 Iuppiter, & tandem portas ingressus abenās.
 Principio rerum, teneriq; ab origine mundi
 Ducta patris summi series, ordōq; potenti
 Numine per varias rerum discrimina formas.
 Hic in sede Ionis mundi surgentis imago
 Aurea, quicq; opifex rerum memoratur ab alto
 Moliri exemplo, quicquid mouet ipse, manēnsq;
 Conficit. In medio statuas fulgentia miris
 Signa modis varias longo sacrauerat eno
 Ianus, & ambigua surgebat imagine multis
 Nomen, idēmq; alijs lapsum iam laude carebat.
 Marmore nonnullis, alijs ex ære nitebant
 Conspicui vultus. adamante borrentia dñro
 Stant paucis sua signa viris: quos inter Vlysses,
 Pelidesque tenent diversis ora figuris.
 Hic sacra effigies magni monstratur Homeri.
 Hos fonet, hos cunctos renouat Saturnus in annos.
 Post hos innumeri viderunt Orpheus dñi.
 Hinc Linus, Ascreusque senex, hinc Thespis, & acer
 Archilochus, Sophocles tragico insaniret biatu,
 Dulcis Aristophanes mordaci vt dente notandos
 Stringeret, vt Stygio Polydorum diceret orco,

n. i. 4

EIVSDEM BASINII

Qui meruit magnos divina laude cothurnos.
Cernere erat Sicula quid nam mulceret anena
Pectora non æqui vates ingrata Philæni.
Omnibus effigies adamantina vatibus illos
Maximus insequitur Romane gloria lingua,
Qui canit & neæ casus, & bella supremo
Carmine post illum divinus Horatius, atq;
Vates Chalcidico cecinit qui plurima versu.
Nec minus insequitur perdocti dulce Catulli
Carmen, & ille senex Pesignis natus aquosis.
Atque ego non fueram tanti pars vana laboris.
Post hos, insignes fama, factisque superbi
Ecce duo adstabant sceptris heroes eburnis,
Augustus fama venturus in omnia Cesar
Secula, tum fulgens patrijs Sismundus in armis.
Nec non in cunctos hic prælia Lemnius annos
Fecerat, & fulvo radiantia finxerat auro
Bella, diu totum cantata, canenda per æcum.
Lencaten cassis illum lustrare carinis
Asperceres, hunc Hesperias ab littore gentes
Tyrrheno auspicijs diuum detrudere faustis.
Huc superum conuersa acies, conuersus & omnis
Coetus. eos ambo superi mirantur Olympi
Calicosæ ingentes solio rex altus eburno
Despectans acies, obliquo barbara vultu
Agmina, sed fortes meliori fronte Latinos:
succinctam mymbo, gelidaq; in nube sedentem

Innonem alloquitur: Quid adhuc gratissima coniuncte,
 Quid dubitamus adhuc prisca de gente Quirites
 Et superesse viros, valeant qui fortibus armis
 Italiam tegere, & veterum superare parentum
 Fortia facta? vides quasi virtute feratur
 Spumifero Sismundus equo? quem solus in hostem,
 Solus in Alphonsum primis se præstet ab annis?
 Hos iusta segnis Malatesta nonellus eburnis,
 Quem propter multis surgebant signa poëtis,
 Parnassusque biceps sylvis vernabat amoenis,
 Sertaque de molli nec tebat laurea luce.
 Hic vero dea magna sonat, sacrosque dearum
 Fama sacerdotes verbis hortatur amicis:
 Non indignemur summo si vertice gressus
 Obfirmare labor. vates, duo corpora, tatum
 Graingenum potuere: fuit quorum optimus alter,
 Ille pater vatum divine mentis Homerus.
 Alta Syracusium tetigisse cacumina vatem
 Credimus. ascendit, genuit quem Mantua tandem,
 Ex alijs. neq; enim est aliis quem vatibus aequem,
 Maenio, Siculoque sciens. quin cernitis imas
 Umbrosis valles lustris serpentibus atris
 Horrere, atque canis disperdere murmura sylvis?
 Hi sunt indocti, quos vritis (inquit) honore
 Maiori, & longis sinitis sanguere latebris.
 Qui, dum vita super vobis erit, atra venena
 Inspirare pijs tentabunt vatibus. at vos

EIVSDEM BASINII

Obturate aures constanti pectore, & omnes
Insidias superate: venit post funera maius
Nomen, & iniuria infelix exhausta supremo
Fine cadit. vos preterea timeatis inermes?
Nam non ascendunt serpentes ardua montis
Hec inga, nec viles anime niae vivere in alta,
Nec stridere queunt. postquop vos miserit huc fons
Ingenij, morietur atrox lingua omnis ab ipso
Funere. post obitus vinetis vertice in alto.
Dixerat, & dulcem musatum iniecit amorem
Mentibus. his autem rex omnitenentis olympi
Inserat efflari liquefacto signa metallo.
Post alij niae surgebant oribus albo
Marmore, quale paros curvis dat ferre carinis.
Pars medium caput, & medios inscribitur artus:
Nec noscenda quidem primis fert ora figuris,
Languida cui memori contingit tempora virga
Et Iouis, & Maie ventosis filius alis.
Hoc noua divini spatio stant signa Platonis.
Hic bonus Harpinas pleno sonat ore: sed illos
Doctus Aristoteles causas ratione repertas
Ipse sequens aperit summa virtute potitos.
Iustitiae memores tris hos prudentia forti
Esse animo, terris divina modestia natos
Edocuit. celso virtus Olyssenia celo
Pallade cum socia sanctas misere per artes.
Nec procul his alte surgebat plurima pinus.

Tonsa comam, & virides complexa cacumine ramos:
 At spinaea quidem, sed enim pulcherrima, qualis
 Altus Athos iter ascensu graue monstrat honesto
 Vertice, talis erat ramis tondentibus arbos:
 Arbos, quam veri musæ dixere laboris,
 Difficilis primum, mox obvia sponte petenti.
 Si pia fata tamen diuîm voluere, patescit
 Cuilibet: at paucis magni rex altus olympi
 Reddere tam longum tamen est dignatus honorem.
 Inter quos dum multa vident diuinqz, deæqz,
 Obstupuere simul, conuersâqz sancta tenebant
 Ora, simul defixa nonis horrenda figuris,
 Inter seiqz iterum referebant ora tuentes
 Nunc hos, nunc illos: quos ut pater admirantis
 Iuppiter agnouit, dictis absoluit amicis:
 Que tam mira tenet superi sanctissima mentes
 Effigies vestras pario de marmore, quam vos
 Cernitis? haec pietas Italæ que redditæ terris,
 Nicoleoqz patris canentia marmora Quinti
 Pontificis, totos que sint mansura per annos
 Omnibus ostendens, hic est quem fata tenore
 A prima rerum mundi statuere labantis
 Rectorem: quem sancta fides, quem vita beatum
 Ablatum sero terris immittet olymbo.
 Illius auspicijs Latij pacata potentis
 Omnia, cuius bonos hominesqz, deosque valebit
 Ire super. nec plura, manus tum fulmina magna

n.iiiij.

EIVSDEM BASINII

Igneus nymphae lacus latus nube soluto
Imbre tonat, dictisque fidem non ipse minorem
Addidit. excedunt signis, templorum relictis.
Hic sopor eternum lethelis ferreus alis
Accubat, & tacitas terra complectitur umbras.
Hic vero miseranda lues post maxima Fame
Templa videbatur, numerus sine nomine plebis,
E fragili sua signa luto sortitus. ibi omnis
Artificum manus antè fuit, quos frangere Ianus
Cœperat, & paucis morsu contrinerat annis.
Ex illis tamen unus erat, quem fama volantem
Misit in ora virum pennatis Dædalus alis.
Post ubi cuncta vident mutis tacitura figuris,
Iuppiter ad sylvas alias, lucosque videntis
Numina magna iubet placidos intrare recessus,
Florentisque lucos mirantibus, ecce sonoris
Agmina turbinibus medio se se obvia luco
Obliquit nymphæ, latebrisque, larisque relinquunt.
Huc vero Fauniq; simul, Satyriq; proterui,
Dryades è sylvis glomerantur, Oreades astis
Montibus, & fontes placide liquere Napeæ.
Huc Genij venere: nouum strepit insula cantus
Musarum alterno, quarum que commoda ludo
Enterpe innumeratas magnum per inane figuras
Tellurisq; animeq; vijs, pontisq; leuisq;
Ignis in accisis conflari semina formis.
Corniger ecce dens nigris aduetus ab Indis.

Aduenit, & curvo Silenum innecat asello:
 Hic quicunq; meos celebrarit carmine cœtus,
 Ille dolore mihi careat. simul assonat, atq;
 Tympana marmoreis arguta sonantia psalmis
 Ante alios præ se portans incurrit, & vñstro
 Initiat socios per florea prata vagantes:
 Tempora vos nostris incingite leta corymbis.
 Tu quoq; flava Ceres nostro bene iuncta rubori,
 Spicea demissis innectere ferta capillis.
 Hic plausus, ludiq; sonent: huc vecta columbis
 Aurea Cypri trus, trus hoc si nouit Adonis,
 Hoc veniente veni: Myrrai filius hoc te,
 Hoc vocat Anchises, vocat hoc te ô candida Manors:
 Nec metuit claudi temeraria vincla mariti.
 Talibus ipse pater Nysea conditor vne,
 Efferat pampinels qui corrigit ora capistris,
 Dicit Hamadryadas diuersa per omnia nymphas.

F I N I S.

20 DIVO SIGISMUNDO
PANDULFO MALSAC. ITALIAE
ORATIO AD IOVEM, TREBA-
NIO AVR. AVTHORE.



I me fata vetant, iratave
fila sororum
Stare diu Italiam, duros quid
demoror annos,
Sume pater diuīm? quid me
non fulmine saeo
Corripis, infestumq; caput
detrudis ad umbras?

Vt potius manuum liceat periisse tuarum
ignibus, & magno cladem hanc authore leuare.
Tum senior mihi poena foret: nunc aspice quantis
Fluētibus obuerfer: quantāq; oppressa ruina,
Et quibus horrendis laceam revoluta periclis.
Iāmq; omnem Hesperiam ferro populare tyrannū
Certatum, indomitōq; parant euertere bello.
Vndiq; conuenere acies: ruit omnis in unam:
Et fremit exitium in misere nunc arma iuuentus.
In me precipites exciti in prælia reges
Consurgunt, populiq; ruunt in bella furentes,
Qua mare Tyrrhenum Libycis circumsonat vndis,
Et qua Dalmatico feriuntur littora fluētis,

Quāq; patent vento, pulsatēq; imbris alpes:
 Hinc Lygurūmq; manus, Gallorum exercitus omnis
 In martēmq;, & in arma ruunt: furor omnibus idem,
 Armorum sonitus, raucoſq; audire tubarum
 Clangores, manibus tristēmq; laceſſere pugnam.
 Nec tantum indigenas trabit ipsa infania bello,
 Præcipitatq; duces: cernis quam Barbarus hostis,
 Quam cladem excierit: gemit omnis Etruria quondam
 Vrbibus, & magnis populis, ducib; q; superba.
 Si te nulla mei pertingit cura laboris,
 Quis pater omnipotens infanda clade reſeruet
 Italiam, & nostris pestem hanc detrudet ab oris?
 Non mihi cæſareos exundat fessa priores
 Roma potens quondam: ſuperūm quos ira, tuīq;
 Inuidere mihi: cui me pater optime feruas
 Exitio? hunc merite ne refers pietatis honorem?
 Quot donis opulenta tibi redolentia paſſim
 Erexī, ſolidōq; dedi de marmore templa?
 Milleq; thuricremas æternis ignibus aras?
 Nunc exhaufita meis ducib; contempta relinquit.
 Hos lachrymans tristes alto de pectore queſtus
 Rumpet laniata comas, flauōſq; capillos
 Italia, & moſto compleuerat omnia ſuctu.
 Audijt omnipotens (neq; enim cui cetera cura,
 Una Iouem incuset fas eſt) vocat ethere ab alto
 Mercurium, & fido ſua dat mandata ministro:
 Vade(ait) & celeres montis bis nate per auras

TREBANTIO A VTHORE.

Marentem alloquere Italiam, & solare dolentem:
Nulla mihi de se merita vñq̄ cura recessit.
Ne dubitet:nec duro obstant sibi numine Parce.
Bellorum rabies, ferriḡ insana cupido
Desinet:ac positis mitescet Mars ferus armis.
Quin populis,quos bella premunt,quos dira fatigant
Arma diu inter se:dabimus (quod sola veretur)
Concordes, stabiliq̄ eterna pace quiescant.
Verum quo dubie pateat sententia menti,
Altius expediam, venturāq̄ fata docebo.
Dux bello egregius iampridem, & clarus in armis
Demissus celo est, diuū genus, alta propago,
Et decus armorum, decus & tutela parentis
Italie,fatisq̄ deūm delatus in orbem,
Dux Sigismundus, signum mirabile mundo:
Hic populos,clarasq̄ vrbes immania regna
Pacato regit imperio, pacēm̄q̄ ministrat:
Hic armis nulli inferior: verum arte magistra,
Hic proanos, atanosq̄ suos, titulosq̄ parentum,
Et patrios vincet dux Sigismundus honores.
Nam neq̄ adhuc iuuenem, tenerāq̄ etate frementes
Mars ferus edocuit pugnas, bellumq̄ mouere,
Nec timuisse necem,duro nec cedere ferro,
In medios hostes ruere, ac fugientia semper
Terga sequi, sempēr̄q̄ ex hoste referre tropaeum.
Arma Ctnæa dedit, eni vastæ in corpore vires,
Fulminea& q̄ manus ferro, terrorq̄ potentum,

Mens animisq; virens, iniicitq; dextera bello,
 Militie decus, & notum super aethera nomen:
 Omnia summa viro data sunt, quo principe solo
 Læta suos poterit nequicq; horrere tyrannos.
 Res Italum bello varias, cœcosq; tumultus
 Dux sapiens ferro indomito componet, & armis,
 Viq; sua populis, securaq; gentibus idem
 Otia restituat fessis, pacemq; per omnem
 Italiam expediet: victis sua iura redibunt.
 Thuscia, quæ insano bellorum fluctuat æstu,
 Imperio accerset castris, atq; agmina iunget.
 Ipse Etruscam aciem, & delata insignia ductor
 Accipiet, tum sceptræ ducum monumenta capesset.
 Bis Thuscis geret arma ferox, bis Barbarus hostis
 Sigismundæo nequicq; obstare furori,
 Et perferre ducem poterit tam dura prementem.
 Palantes, versiq; duces, exercitus omnis
 Terga dabunt: victi velis tollentur in astum,
 Quod nequeant animos sexi ductoris, & arma,
 Vimq; pati: tantum fortis pectori tollet.
 Ipse triumphali curru sublimis eburno
 Victor equos, galeas, clypeosq; hostiliaq; arma
 Hostibus exactis, currus, spolia ampla ducumq;
 Rapta vehet secum felicis præmia pugna.
 Thuscia tota fremet plausu, ludisq; viarum,
 Letitiæq; simul pueri, innuptæq; puelle
 Floribus, & festa cingent sua tempora fronde,

TREBANIO AVTHORE.

Vota deum soluent. victrix Florentia leta est.
Illum omnes uno ore canent iuuenesq; senesq;
Et leta referent matres monumenta sequentum,
Sigismundas eterno carmine laudes.
Armaq; bellaque: cunctis Sismundus in ore.
Exin se referet gestis feliciter armis
Martius antiquam in patriam dux agmine leto,
Munera crebescunt templis, votinaque passim
Dona ferent matres: passim incendentur odores.
Interea equatum celo fortissimus heros
Religionis opus, templum immortale sacrabit.
Postibus auratis excussi marmore vultus
Spirabunt auro insignes, sectaque elephanto.
Stabunt tercentum votis sollemibus arae,
Eternum superis decus, & longum argumentum.
Ille etiam antiquis collapsam moenibus urbem
Restituet, populisque arces reparabit amitas.
Hanc Senones quondam posuere ad littora sedem,
Dis Italos infesta olim gens Gallica bello:
Sic vetus antiquum seruat Senogallia nomen.
His ille imperio leges dux clarus, & arma
Imponet, morisque viris, pacemque reducit.
Post ubi pacatum meritis implenerit orbem,
Pacem aget, & rebus quem iussimus affore, regem
Hunc regum faciet dea flava Isotta parentem.
Quinetiam celebri fama clarissimus heros
Temporaque longos implebit leta per orbes,

Cūmqz sua dulces Isotta longius annos
 Exiget, & diuam diuus nec morte relinquet.
 Sic placet: hæc illi referas mandata per auras.
 His dictis properes auertere nate timorem.
 Euolat, & tremulis velox Cyllenius alis
 Fert Iouis imperio monitus, ac iussa facest.
 Illa ubi solantis curas interpretis hauit
 Verba dei, iussisqz, animum letata quieuit.
 Iāmqz aderat promissa dies, cum Iuppiter acris
 Imposuitqz manum bello, pugnāsqz resoluit.
 Extemplo horrendi armorum cecidere furores,
 Perqz omnem Italiam fessis pax reddit a rebus.
 Otia iam peragunt secura per arua colom,
 Nec timet æratas acies, ferri que rigorem
 Agricola attritos domitans sub vomere glebas.
 At Sigismundo(quem nunc seruata fatetur
 Sydereis fluxisse polis, votisque vocandum
 Italia) haud belli licuit monumenta nefandi
 Ablecisse suis renienti vulnera membris.
 Nanque per Hesperiam plena dum pace fruuntur
 Inter se leti populi, dum mollia curant
 Otia, iāmque operum dum mens obliita quiescit,
 Nec spes vlla manet deiecta tumescere bella,
 Dumque animi exempti curis, ignavaque corda:
 Solum indigna tuos dux Sigismunde per artus
 Vulnera crudescunt, renonataque vulnera membris
 Et pacem, requiemque negant: quam sola per omnem

TREBANIO AV THORE.

Italiam letis peperit tua gloria rebus.
Pro superi, quoniam pietas enixa recessit?
An tibi summe pater nimium ducis inclita virtus
Visa potens, nimiumque sua probitate superbos
Celicolas premere, & superum non cedere cuique?
Scilicet horrendis titulis inimica potentum
Inuidet, & magnum populi Fortuna fauorem:
Nec plenos patitur plausus, quin improba semper
Ultima conturbat, finemque infelicit amaro.
Non fuit indignum violari vulnere corpus
Principis, & toties pro libertate tuenda
Ut morti obiceret per cuncta pericula vitam:
Quod te magna parens sedes Florentia pacis
Astrictam eriperet præduri è fancibus hostis,
Et decus Etruscis tueretur gentibus urbem.
Ergo erat in fatis tandem, ne maxima paruo
Libertas pensanda foret, sed sanguine læsi
Principis: hoc primum parta est tibi gloria facta
Thuscia, & eternum superis hoc foedere innata es.
Cui tantum attulerit laudis fortuna ferenti
Vulnus, nec certum est, nec quo sit turbine adactum.
Sed quia se tanto iactauit vulnere nemo,
Pressa est insignis, sed acerbi gloria facta.
Iam medicas, Phœbiisque potentes itur ad artes
Ne quicunque, humanaque manus dolor altus, opemque
Effugit herbarum: crescit dolor ipse medendo.
Sed pater omnipotens opera ad maiora reservans

Sigismunde tuos animos, feliciaque arma,
 Pectoraque, innicataque acies, & fortia facta,
 Ambrosiam, medicasque manus hominumque, deum rex
 Imposuit, meritamque dedit per membra salutem.
 Optate redeunt vires in corpora, & omnis
 Excidit extemplo dolor, & pax reddit a membris
 Vulneraque, ingentemque ducem rex Iuppiter una
 Curauit, lucemque suam iam reddidit orbi.
 Dij precor eterno regitis qui numine terras,
 Sydereasque poli sedes, atque equora ponti,
 Tuque pater, qui cuncta tuo sub nomine Manors
 Inlyte bella mones, cui nunc Saturnia tellus
 Præcipuum pia sacra ferens indicit honorem,
 Hunc saltem fesse regem seruare parenti
 Italie, meritisque ducem succurrere rebus
 Labentis seculi permittite, & alta tueri
 Regna per Hesperiam, pacemque fouere potentis
 Militia, ac duro partam sub marte quietem.
 Tardius innideant exhausto protinus orbe
 & theree sedes, & nostro tardius exo
 Sigismundum sydus prefulgeat astris.

FINIS.

TADEVSBONONIENSIS
SACERDOS DIVOSIGISMVNDO PANDVLFO MAL.



Ccipe, qui magnis famam vir-
tutibus equas,
Et clarum merita superas vir-
tute parentem:
Accipe, iamq; vide quatas ser-
mone pedestri
Sigismunde tibi potui compone-

re laudes.

Hic posui teneris tua maxima facta sub annis.
Illi bella tua poteris spectare iuvente:
Qua virtute, quibus ve animis, quibus atq; triumphis
Ilsesus rigidos semper dixeris hostes.
Perge diu felix, splendorem nominis auge
Sigismunde tui, Romani cæsaris instar.
Si mihi nunc esset veterum facundia vatum,
Si decus, & vires, & maxima lingua Maronis
Altiloqui, si cuncta forent, si clara Catonis
Cognitio, & priscos superarem voce poëtas:
Non &quare tuum facundia nostra vigorem,
Nec merito posset tua facta reponere cantu.
Nam nec magnanimo tantum Romana Camillo
Moenia, nec gemino tantum lata Catone:

Quantum nostra tuis etas exultat in armis.
 Ergo Ioni cælum, dum bella ferocia Marti,
 Et Cereri fruges, & vina liquentia Baccho,
 & quora Neptuno, parebunt tartara Diti,
 & re ferae, volucresq; plagis, armata sagittis,
 Et canibus lepores, & fassis nauta camœnis,
 Omnia blanditijs, fallentur harundine pisces:
 Semper erit rerum clarissima fama tuarum.

F I N I S.

APOLLINIS VATI-
CINIVM DE SIGIS MVNDO PAN-
DVLFO MAL. PER R O BER.
FLAMINIVM.



Anguida dum placidam cape-
 rent mea mēbra quietem,
 Et premeret multus lumina
 victa sopor:
 Instabilem qualis Lycia Xan-
 thōq; relieto,
 Maternam inuisit Cynthia

Ortygiam:
 Talis purpurea sub prima crepuscula palla,
 Tantus & ante meum est vijsus adesse thorum,
 Rosida cum chari proles Titania nondum

o.ij.

APOLL. VATICINIVM

Liquisset crocem mane cubile senis.
Illi intonos ornabant myrtle crines
Serta, genas gemine flore perenne rose.
Suspensam ex humeris pbareram de more, nec arcus,
Certaque nec manibus tela fuere suis.
Dextera sed plectrum, testudineamque tenebat
Auro conspicuam lana micante chelym.
Pectine quam simulac paulum tractauit eburno,
Edidit haec dulci mitia verba sono:
Cura deum vates, Latium ruit omne sub armis:
Laniferae pridem sic volvere dea.
Nititur imperio terrae extirpare potentes
Sfortiades Venetos, Sfortiadem Veneti.
Alphonsoque satus, stirps regia, vexat Hetruscos,
Oppidaque effreno milite multa capit.
Quid Sigismundus patria terit otia terra?
Pellat Arimineo nunc procul arma solo.
Nil vetet, is Thuscas summittat & ocyus oras,
Quas cogat proprio subdere colla iugo.
Sonus enim socijs potis est prodesse Latinis:
Inque ipso est martis summa redacta noui.
O' vates, vatis refer haec mea protinus illi
Carmina, que magnum sub cuto pondus habent.
Nunc iterum Italiam temere aggrediuntur Iberi:
Præda Sigismundo haec inuidiosa venit.
Lydorum precibus tantum succumbat honestis:
Quamque potest, fractis det modo rebus opem.

Quid sua fata tenet? quærendi uberrimus ille est

Nunc locus æterni nominis, atque rei.

Perpetuo se se mandare minoribus ardet.

Bellorum quando copia maior erit?

Omni Romulidum nomen celebrabitur ævo:

Omne quod hi bellis edomuere solum.

Enferus Iliades spolijs exultat opimis,

Acronte occiso que tulit ille duce.

Maximus Auforijs fuerat qui in finibus horror:

Cum tantas nondum Roma teneret opes.

Cossus Martigenam debinc, Marcellusque secuti:

Hec etiam summo dona dedere Ioni.

Parnula Tydide (si demperis arma) legetur

Gloria magnanimi: parnula Priamide.

Quid Cesar? Macedo? Leonidas? Scipio? Magnus?

Scylla? Epaminundas? Regulus? aut Marius?

Torquatus quid enim? Cocles? quid Horatius esset?

Nempe quod & cineres, nomina nulla forent.

Ni docti in sensu decernere fortiter hostes,

Cælo affectassent dura per arma viam.

Nunc ad summa vocant superi. quid fata moratur?

Armigera socium Pallade carpat iter.

Qualia nonne videt Phorcinidos ora Meduse

Crinibus anguicomis egide dina gerat?

Hec comes una sibi, sibi se tutela paratur:

Velle pharetratos usq; venire Getas.

Nonne mea cernit qualis victoria lauro

o.iii,

APOLL.VATICIN. DE PAND.

Nexa comas circum nunc sua castra volet?
In Celtas sua iam monitu trahat agmina diuum:
Thuscum iterum fortis iam theatur agrum.
Fatorumq; datas nutu ac moderamine certo:
Urbes respiciat, præsidioq; innet.
Innumeris adsumt votis optanda profecto
Tempora: successus urgeat ille suos.
Assuetos comites, vicitriacq; arma capestat:
Dij magni causa pro meliore aderunt.
Ante expectatum tenues secessit in auras,
Hec ubi faticano retulit ore deus.
Visa quoque ante oculos obuersabatur imago,
Sed pulso trepidus membra sopore levo.
O princeps, Italis quo non animosior oris
Alter, & ò generis gloria summa tni:
Hanc tibi mox coepi calamo perarare papyrus,
Sic Clarij claudens dicta notanda dei.

F I N I S.

GVARINVS VERO-
NENSIS IN LAUDEM DIVI
SIGISMVNDI PANDVLFI
MALATESTAE.




*Inite felices Sismundo au-
 Etore poëte:
 Suspicit hic musas, magno &
 dignatur honore:
 Praemia persoluens, priscas
 inuitat ad artes.
 Vos cōtrà resonis sublimem
 ad sydera cygnis*

*Tollite ductorem, vita donare perenni.
 Eripite hunc fato. quid enim non carmina possunt
 Spondere? eternum præstant mortalibus eum.
 Venturi agnoscant, celebrantq; in secula nepotes,
 Quantum acie valeat, quam duro fulminet ense.
 Sensit id Alphonsus Populonia mœnia circum
 Dum sedet, accineta pelago, terraq; potiri
 Urbe putat, punitans artes ducis ille fugaces
 Exuperat cursu cervos, capreasque volantes:
 Hispano tantum strepitu præit Itala virtus.*

F I N I S.

XXX V 92

IV 94



H. H. & C. G. 1862